Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0002-9

1342

DISSERTATIONEM INAUGURALEM JURIDICAM,

De

# LEGALI MENSIUM TEMPORE,

ſeu

## SPACIO MENSTRUO,

Von

## Monats-Friſten/

more Majorum impetratâ Licentiâ,

*Ab*

ORDINE JCTORUM

MAGNIFICŌ,

*IN INCLYTA NORICORUM UNIVERSITATE,*

PRO

## GRADU DOCTORIS,

atq; ejusdem honoribus ac privilegiis

ritè conſequendis,

breviter delineatam publicæ disquiſitioni exhibet

**Siegfried Altwein / Borna-Miſnicus,**

Jurium Practicus.

*ad diem 14. Decembr.*

A. O. R.

QVô annona, & MaVors, VarII protrVsIo & ærIs,

HeV DoLor! In terrIs InCVbVére ſatIs.

---

*ALTDORFFI*

Typis Jodoci Wilhelmi Kohles.

12

1693

1a

33.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0003-4

VIRO

NOBILISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO

# DOMINO
# ABRAHAMO GRUNIGIO,

Civitati Patriæ benè Merenti, Conſulenti, atque Actis Curiæ Præpoſito fideliſſimo, ſolertiſſimo, Advocato in Matriculam Aulæ Electoralis Sax. ſub Juris-jurandi religione recepto, Multarum cauſarum feliciſſimo, dexterrimo, integerrimoque,

*Fautori, Adſini, atq; Amico imprimis colendo,*

cum officioſâ Dedicatione Diſſertationis hujus Inauguralis

S. P. D.

AUTOR.

# Amicorum Optume.

PRofecta mihi abs Te ſunt hactenus benevolentiæ & affectionis teſtimonia quàm plurima, quæ, licet iis indigere non videbatur, quaſi absque iisdem hujus benevolentiæ mihi nõ ſatis jam, & dudùm indubitata conſtiterit ratio, certè tamen majorem in modum animum confirmaverunt meum, ut quidvis aliud deinceps eò certiùs confidam, ubi in eo negotio, quod noſti, quodq́ue pauci Amicorum ita præſtant, fidem Tuam, animo proclivi, & operâ diligenri, nunc ferè penitùs cognoverim. Aliàs rarò inter Adfines bené convenit, ut de illis natum etiam illud ſit, quod tritô ſermone frequenter dicitur, hic ſanè fidem fallendo, utut eam ſæpenumero probare ſoleat. Nam illud omnes ii, qui non poſſunt non hoc tenere, nec quicquam diſſentient, etiamſi cætera omnia libenter atque ſtudiò à nobis diſſentire cupiant, quod mihi Tecum, & Fratre Tuô Germanó ( ô quàm mihi familiariſſimo! ) conjunctiſſima ſemper intercesſerit amicitia, quæ attamen non niſi illud ſtuduit, atque in id incubuit, quàm quod pium, probum ac honeſtum,

nemini injurias afficiendô, aut, niſi quis præfrictè mendacium dicendo nos ita inſimulaverit, iniqua ac fraudulenta conſilia ineundo, & ſuſcipiendo. Atqui poſſum non Vos integerrimos Fratres, ſinceræ atque antiquæ fidei, Nomina mihi chariſſima, colere ac diligere? quoniam eſtis Propinqui mei, vinculo Conſanguinitatis & Adfinitatis duplici mihi fideliſſimè juncti, & prætereà mei tàm ſtudioſiſſimi. Quin imò in Te ſolo etiam vices Parentis, poſt beatum obitum Ejusdem, adhuc ſitæ mihi ſunt, in cujus ſinum res meas intimioris receſsûs omnes, & quicquid mihi obveniat, aut ſicubi opus foret, tutò effundere, conſiliumque & auxilium petere queam. Accedit cura Tua ac ſollicitudo, cum Filiali reverentia, adverſus Tibi Socrum, mihi Matrem eheu! Viduatam dilectiſſiam, Matronam omni ſuffragio piiſſimam, imò amor, benevolentia, & exiſtimatio erga omnes Meos, Measvé, tùm præprimis omnium Noſtrûm chariſſimũ, & meum Amorem tenerrimum, Samuelem Fridericum, Berolinenſem, PatreMatreq; maturè nimis orbatum, bonæ ſpei ac indolis, pium, modeſtum, ac morigerum, cui & ipſi beneficentiâ ac liberalitate Tuâ largiſſima, Deo ſine dubio valdè gratâ ac certè remuneratoriâ, Parentis vicem præſtas. Cùm itaque tot tantasque fortiſſimas

egre-

ac egregias affectionis & Amicitiéi ſingulariſſimæ probationes huc usque edideris, mearum viciſſim partium eſſe non abs re ratus ſum, qui debitæ meæ obſervantiæ contrariâ probatione, *ut Juridicè loquar*, ſeu Reprobatione aliquandò fungar: quæ tamen probationi Tuæ par nunquam, ſed impar planè eſt futura, cùm eam iis documentis, quorum Tibi copia ferè eſt, adſtruere & ſuffulcire oppidò deſtituar. Quoniam verò hujusmodi Probationis, & Reprobationis ea eſt indoles atque conditio, ut omne tempus eidem pateat, & ad eum terminum, quem in Diſſertatione diximus, adſtricta non ſit, ideò hac ſpe ego erigor, atque intereà me iſthâc niti oportet, fore aliquandò, ut hanc ipſam rem meliori modô præſtare ac perficere poſſim. Atque jam verò leve hoc, atque exiguum gratitudinis, ac animi deditiſſimi, benevolè accipias velim monumentum, documentum, atque teſtimonium. Cui enim Nomini has exantlatorum laborum paginas ſacrarem atque inſcriberem, imò honorem ipſum, quô exinde auctus ſum, participarem ac tribuerem, major mihi ratio fuit habita Conjunctionis, propinquitatis, atque noſtræ neceſſitudinis, quàm acquiſitio gratiæ, favoris, aut ſi quid aliud multi intendunt, penes Alium quempiam ſublimioris Nominis atque faſtigii.

gii. Tandem hujus ipſius Inſtituti mei, hoſce honores petendi, ſi qui mihi fortè futuri ſunt, vel ambitionem, vel contrahendarum Nuptiarum cauſam prætendentes, aut aliò quovis modô malevolè interpretantes, æquiorem rationem habebis. Poſtremò Te plurimum valere, atque incolumem mox deinceps inviſere valdè cupio. Scribebam Altdorfi Noricorum, ipſo elaboratæ Diſſertationis die, Id. Novembr. An. M. DC. XCIII.

# Suſceptis Altiſſimus Benedicat Meis.

## In Nomine enim Domini noſtri JESU CHRISTI ad omnia conſilia, omnesque actus ſemper progrediendum, l. 2. C. de Offic. Præf. Præt. Afr.

*QUod vulgo atque ſæpè dicitur; Noſce tempus, poſt feſtum venire miſerrimum eſt: Illud quam tritiſſimum, tàm quoque certiſsimâ rei veritate nititur. Cùm enim, ut Euripides dicebat, tempus obſcuret omnia, & oblivione involuat, curandum maximè eſt, ne incaſſum, & cum jactura labatur. Quotus quisque neſcit, quàm plurimum referat, in omnibus rebus bene feliciterq; gerendis, ut temporis ratio habeatur? Nemo enim commodum voti ſui ſucceſſum impetrabit, qui tempeſtivitatem aut ignorat, aut contemnit. Quis non videt, agriculturam, ſationes, meßes, vindemias, inſitiones, propagationes, in tempore utiliter exerceri; at contrà neglectâ opportunitate, omnia iſta aut calore, aut gelatione prorſus interire? Quis Principes feliciter adiverit extra tempeſtivitatem? Sicut Horatius, mittens olim Auguſto Cæſari librum, diligenter monebat nunciũ, ut tempeſtiviter adiret, & mollißima fandi tempora obſervaret. Quò ferè pertinet, quod Imperatores* in l. Civitas, 6. C. de Offic. Rect. Provinc. *inquiunt: Civitas Rhodiorum injuriam ſuam non tàm decenter, quàm ſerò conqueſta eſt. Itaq; omnis humana actio tempeſtivam ſemper expoſcit occaſionem, ut parùm ſcire videatur, qui nihil referre putat, quoquô tempore aliquid fiat, quia res ipſa quemque ſatis docebit, quam ſæpe damnum adfe-*

rat nelgecta tempeſtivitas. Hanc temporis rationem præ cæteris quàm maximè obſervârunt antiqui legum Conditores, qui, ut neceſſitatibus hominum, ac bono publico conſulerent, certum plerumque ſingulis humanis actibus tempus præfiniverunt, in tantum, ut à longiſſimo, vel centum annorum ſpacio, ad ſingulos annos, menſes, dies, horas, imò denique ad minutiſſimum temporis momentum deſcenderint, quod æquè ſummô ſtudiô ac diligentiâ probè cuſtodiendum injungit tùm rei utilitas, tùm ejusdem detrimentum. Quæ conſideratio eò magis neceſſaria, quia omnes fateri neceſſum habent, ordinationem temporis, menſium, hebdomadarum, dierum, ac feriarum, non modò Reipubl. ſed etiam Eccleſiæ quàm maximè inſervire, ac magnam ab ordine temporum dependere utilitatem, ut quævis ſuô peragantur tempore legali, ſuisq; terminis conſtituantur certis, & momentis perficiantur. Cujus rei uſus in Judiciis valdè ingens, frequens, ac quotidianus eſt, ut etiam notitia hujusmodi fatalium temporum ad plebejos homines, ac ruri degentes, libenter ferè, nedum ſemper litigantes, pervenerit, quippè qui litigiis, & pecuniâ ſuâ edocti, & decendii, Leuterationis, Appellationis, & menſtrui ſpacii, ſive potius termini Saxonici (in iis locis ſcilicet) mentionem facere, atque in ſimilibus aliis promtè queant. Utut verò res ſit tàm vulgatiſſima; nihilominus tamen in eâ verſatur non leve præjudicium, & multis ſæpè in hôc negotiô multum perditur. Proinde, cùm Diſſertatio hæc Inauguralis mihi eſſet inſtituenda, viſum fuit, circa hanc ipſam materiam operam navare, atque imprimis illud tempus & ſpacium, quod Menſibus includitur, & frequenter in jure ac legibus, maximè verò in Ordine Judiciario locum tenet, & uſurpatur, ad tractandum proponere. Cui inſtituto, quale quidem juxta rationem conditionis meæ, & vacationis à negotiis forenſibus, à me expetere fas eſt, ſuccedant omnia feliciſſimè.

§. I. So-

## §. I.

SOlenne autem eſt JCtis & familiare, notitiæ rei præmittere principia nominis, *l. 1. pr. ϖ. de J. & J.* cùm è re ſit, ut *Ulpianus in l. 1. pr. π. de reb. cred.* aſſerit, priusquam ad rerum interpretationem perveniamus, quædam deſignificatione ipſius vocabuli referre. Cujus itaque memores, ſtatim à principio earum vocum, quibus Thema noſtræ Diſputationis conſtat, explicationem breviter faciemus.

II. Primô locô ponimus vocabulum Menſis, quod Ciceroni *lib. 2. de natur. Deor.* dicitur à menſione; aliis verò á Græco μήνη, quod denotat lunam, unde illorum μῆνες, atque ab eô Latinis Menſes dicti fuerunt, *Varro lib. 5. de lingv. Lat.* quia nimirùm ex lunæ motu, menſes definirentur.

III. Dicuntur etiam Calendæ & ſumuntur pro menſe, q́uæ aliàs tantummodo ſunt primi cujusq́ue menſis dies, & ita accipiuntur, cùm Paulus, centeſimis Calendis, dixit pro centeſimô menſe, *in l. 46. ϖ. de V. O.* ita dicimus, proximis Calendis, i. e. proximô menſe, *l. 41. d. t. l. lecta. 40. ϖ. ſi certum petat*: Imò Calendæ ſecundæ, tertiæ & quintæ, pro duobus, tribus, & quinque à JCtis accipiuntur menſibus. *Hotomann. in Comment. V. I. lit. C.* confirmat hoc *Celſus in l. 59. §. ſi ita 6. ϖ. de hæred. inſtit.* ubi verba: *Titius, ſi intra tertias Calendas navis ex Aſia venerit, hæres eſto*, commodè de tribus explicantur menſibus. Item *Ulpian. in l. 4. §. ſi quis 3. ϖ. de V. O.* ſunt ſequentia; *ſi ita interrogatus: intra Calendas quintas reſponderit: dabo Idibus, non obligatur, qui de Calendis interrogatus, de Idibus reſpondet, ſicq; diverſitas in tempore ſtipulationem vitiat, quæ interrogationis & reſponſionis requirit congruentiam, juxta §. 5. Inſt. de Inutil. Stipul.* Per Calendas quintas verò intelligi quintum menſem teſtatur *Gothofr. in notis ad d. l. 1. §. 3. ϖ. de Verb. Oblig. Verba, inquit Alcintus (ſcil. intra Calendas) Majores noſtri hactenus de quinq; diebus ante Calendas ejus menſis, de quô ageretur, interpretati ſunt, exiſtimantes, opinor, idem eſſe, promittis intta quintas Calendas, vel quinto Calendas? cui ſententiæ ratio latini ſermonis repugnat. Quapropter ea appellatio potius de quiuq; menſibus eſt accipienda.*

IV. Præterea menſis dicitur tempus ſeu ſpacium menſtruum, quatuor hebdomadæ, eine Monats-Zeit oder Friſt/Zeit von vier Wochen/vier Wochentliche Zeit oder Friſt.

V. Alia eſt menſium ſignificatio in fœminis, quam notare pudor ac reverentia vetat; magis autem notari meretur, quod ſumptus, qui ad bellum Turcis inferendum, à Statibus Imperii conferuntur, Menſes, & quidem Romani, Römer-Monate/ vocari ſoleant, quod ab expeditione Romanâ, ſeu comitatu, qui Romano Regi, Romam, pro conſequendâ Coronâ Imperii Romani eunti olim præſtandus erat, vulgò Römer-Zug/ ſuam originem trahit. De conſuetudine autem Imperii Romano Germanici hodiè, iſt der Römer-Zug eine groſſe dapffere Hülffe an Deutſchen Kriegs-Volck/ zu Roß und Fuß. Reichs Abſchied zu Wormbs/ *Anno* 1521. §. Auch haben uns *fol.* 153. und auf 20000. zu Fuß/ und 4000. zu Roß/ auf ſechs Monat angeſchlagen/ und einem jeden Stand des Reichs/ nach Gelegenheit ſeiner Güter eine Anzahl/ wie viel er zu Roß und Fuß deren ſchicken/ oder von jeden zu Roß zehen Gulden/ und zu Fuß vier Gulden an Geld erlegen/ und bezahlen muß/ auferleget. *Zobel part. 3. different. 24. Reinhard. part. 3. different. 24. Vide Caroli Craſſi, Regis Romanorum conſtitutionem de expedit. Rom. de anno Chriſti 890. quam habet Goldaſt. in reſcript. & conſtitut. Imper. & in eum Marquard. Freh. Conr. Ritterh. in fin. not. ad Günth. Ligurin.*

VI. Hodiè cùm minor ſit uſus hujus expeditionis Romanæ, nomen quidem retinetur, ſed res fere ad alium transfertur uſum, pro neceſſitate Imperii ſcilicet, ut jam dictum, ad ſumtus bellicos, qui nonnunquam ad quantitatem expeditionis Romanæ computantur. R. A. zu Regenſpurg *anno* 1594. §. Wiewohl nun Chur-Fürſten ꝛc. ibi: einer freywilligen mitleidentlichen Hülff-Leiſtung ſich entſchloſſen/ und auf den einfachen Römer-Zug N. Monat an Geld/ zur eylenden und beharrlichen Hülffe/ an guter/ grober/ gangbaren Reichs-Müntze/ in den gewöhnlichen Lag-Städten/ als Franckfurth/ Nürnberg/ Regenſpurg/ Augſpurg/ oder Leipzig/ und nirgend anders zu erlegen bewilliget/ daß nehmlich zur eylenden Hülff N. Monat ꝛc. ſo weit ſich ſolche nechſt bemeldte Anzahl Monat erſtrecket. *Et an.* 1598. §. So iſt doch von ihnen/ *in verb.* auf den einfachen Römer-Zug/ N. Monat an Geld/ & *anno* 1603. §. Nichts deſtuweniger aber/ ibi: uf N. Monat/ den einfachen Römer-Zug/ noch in vier nach

einan-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0012-4

einander folgenden Jahren. *Sic anno 1582.* zu Augſpurg §. Wenn denn dem heiligen Reich/ ibi, ſich dahero verglichen N. Monaten Geld/ auf den einfachen Römer-Zug. Quandoque enim ſimplices ſunt ſumtus, quandoque duplicati, quandoque etiam pro dimidio tantùm ſolvuntur, R. A. zu Regenſpurg/ *anno 1541.* §. Und wiewohl Chur-Fürſten 44. in verb. den halben Anſchlag des Römers-Zugs. Interdum ad alios uſus referuntur, puta ad demolienda caſtra Bannitorum, R. A. zu Erffurt *anno 1567.* Wenn wir nun in unſer 2c. ibi. auf vier Monat Einfach/ §. *40.* & §. *41.* Als iſt ſolches vier-Monatlichen Geldes halber. Item ad extruenda vel minuenda fortalitia, R. A. zu Speyer / *anno 1570.* §. Erſtlich dieweil noch 2c.

VII. Stipendia quoque militum ſub voce menſium veniunt, 30. diebus pro menſe computatis, quâ re *Paul. Matth. Wehnerus in ſuis Obſervat. Pract. ſub lit. M.* valdè innititur, & notari inculcat, ubi de computatione dierum pro quolibet menſe agit, de qua computatione ſuo loco dicentur plura. Et frequens ſanè appellatio eſt Militibus, das Monat-Geld / quanquam plerumque pauciores ejusmodi menſes ipſis dentur, quàm in quot annus alias dividitur. Communiter enim ſtipendia eorum juxta non plures, quam decem menſes diſtribuuntur. Imò quandoque dantur hyberni tantùm, in Winter-Quartieren / nulli verò æſtivi, quando in campo & caſtris verſantur, im Felde.

VIII. Atque verò ipſe annus olim ab initio non fuit duodecimeſtris, ſed in numerandis annis varia & multiplex vetuſtas fuit. Conſulantur *D. Auguſtin. lib. 12. de Civ. Dei, c. 10. & lib. 15. c. 14. Plin. lib. 7. c. 48. A. Gell. lib. 3. Noct. Attic. c. 48.* Conſtatque initio unius tantum menſis ſpacium annum habuiſſe; Alii bimeſtris ſpaciô annum terminabant, inter quos & Ægyptii, hinc Pontanus:

*Ægypti primum veteres fecere bimeſtrem.*

Iidem illi Ægyptii interdum in tres menſes, aliquando in quatuor annum ſecabant. Hebræi ad lunæ motum annum ſex menſium effecere. Aliis aliter viſum, qui cœleſtium ſiderum ducem, ſolem agnoverunt, ejusque metientes curſus, annos ſuos ad motum illius conformaverunt. Ante Romam conditam fuit tredecimeſtris, at primus Romanorum Rex, Romulus, decimeſtrem annum primô inſtituit, cujus primus Menſis fuit Martius. Quamvis enim *Joſephus Scaliger in emend. temp. & Alberic. Gentil.*

de di-

*de diverſ. tempor. apell.* aliique annum Romulæum ab initio ſtatim duodecimeſtrem fuiſſe aſſerant, & Licin. Marcum ac Feneſtellam allegent, his tamen adverſa ſunt teſtimonia Jun. Grachi, Fulvii, Varronis, & Suetonii. Quarè de eodem decimeſtri annô ita cecinit *Ovidius lib. I. Faſt.*

*Tempora digereret cum Conditor Urbis in annô,*
*Conſtituit menſes quinq; bis eſſe ſuô.*

Cum verò Romulus deinde obiiſſet, & Imperii Summa ad Numam Pompilium devoluta eſſet, ejus prima cura fuit correctio Calendarii, atque duos adhuc menſes adjecit, annumque duodecimeſtrem conſtituit.

IX. De menſium horum, in quos annus diſpeſcitur, numerô, nominibus, diſtinctione in Calendas, Nonas, atque Idus, egit. *Polyd. Virg. lib. 2. de Invent. rer. c. 4.* quæ huc referre & enarrare longum foret, neque ad inſtitutum noſtrum pertinet, ſed negligenda non eſt diviſio menſis in naturalem & civilem, quam ex *Cenſorino de die Natal. c. 18.* conſtituit *Alphonſ. à Caranz. de part. c. 11. §. 1. n. 6. 7.*

X. Naturalium duæ ſunt ſpecies, Solaris & Lunaris. Menſis ſolaris eſt duodecima anni ſolaris pars, & tempore, quo Sol triginta cujusvis ſigni Zodiaci percurrit gradus, conſtituitur, continetque 30. dies & horas 10. cum dimidia, quia ſic computando, duodecim menſes conſtituunt, dies verò 365. & horas 6. ut obſervat *Scacc. de Jud. l. 2. c. 3. n. 300.* Sed aliter apud nos menſes enumerantur; alii enim habent 30, alii 31. dies, præterquam Menſis Februarius, qui habet 28. & vertente annô bis ſextili, 29. *ut notat. in l. cum biſſextum 98. ff. de Verb. & ver. ſignif.* Et hic menſis ſolaris apud omnes gentes Julianus eſt.

XI. Hâc appellatione monemur obiter de differentiâ Calendarii Juliani, & Gregoriani, ſive ſtyli veteris & novi, quod duplex Calendarium ultrà ſeculum in Germaniâ eſt receptum, quod tantarum in judiciis & alias confuſionum & rixarum cauſa extitit, quia Gregorius XIII. Pontifex Romanus anno 1581. intendens emendationem veteris ptioris Calendarii, hoc ſuum multò emendoſius edidit, juxta multorum Mathematicorum ſententiam, Vid. *Reinking. de R. S. & E. lib. 2. Claſſ. 3. c. 2. n. ult. add. Gylm. Tom. I. part. I. p. 242. ſeq.* ut exinde jam pridem SS. Imperii noſtri Status de reformatione ſaluberrima ſuſceperint conſilia,

eamque, ut & conformitatem Cameræ, & Civitatis Spirenſis in hôc punctô introducendam, quibus conſiliis & votis optatus eventus nondum correſpondere voluit, licet ad proximam extraordinariam viſitationem, ut & Comitia remiſerint Imperialia, quod *Receß. Imperii de anno 1654. §. 158.* ſatis indicat in verb. Ob auch wohl mit und neben uns/ Chur-Fürſten und Stände/ ꝛc.

XII. Lunaris verò menſis vocatur ſpacium quoddam temporis à novâ lunâ, quod ab uno lunæ coitu cum ſole uſque ad alterum intercedit, eſtque triplex; unus enim dicitur peragrationis, alius conſecutionis, tertius illuminationis. Menſis peragrationis eſt tempus, in quô luna integram unam circuitionem complet ab aliquô punctô, donec revertatur ad idem punctum; eſtque dierum 27. horarum 8. in tertiæ partis horâ. Conjunctionis ſive conſecutionis menſis appellatus, tantum temporis complectitur, quantum luna oberrando ab unâ conjunctione ad aliam inſumit, id eſt, quando luna cum ſole coiens luſtratô ſuô curſu, ſolem iterum conſequitur, eſtque dierum 29. & horarum 12. cum minutis 44. & aliquot ſecundis. Illuminativus vocatur, quô luna lumen in terras demittens, nobis eſt conſpicua, nec dùm, ut dicitur, combuſta, ſeu ſplendore ſolis opacata, quod tempus dierum 26. & horarum 6. eſſe dictitant. Hæc *Arum. l. 2. deciſ. in Coron. n. 24. Lil. Gregor. Gyral.* paulò aliter deſcribit, & quadrifariam accipit, & addit adhuc intercalarem ſive interjectum, cui intercalationi menſis Februarius deputatus eſt, qui quondam ultimus anni erat. Has ſpecies explicant uberius *Caranz. & Beſold.* Atque iſte lunaris menſis olim uſitatiſſimus erat, & adhuc eſt Aſtronomis, Philoſophis, Medicis.

XIII. Civiles menſes ſunt numeri quidam dierum, quas unaquæque Civitas ſuô inſtitutô obſervat, ut Roma à Calendis ad Calendas. Hinc conſtat, naturales menſes fuiſſe antiquiſſimos omnium gentium, civiles cujusque ciuitatis proprios. Et de his Civilibus, omnes leges accipiendas eſſe, concludit *Caranz. de part. c. 12. n. 41.* Quos etiam & nosmet ipſi hôc locô intelligimus, ideoque in rubrica diſſertationis duo adhuc vocabula poſuimus, quæ ſunt legale tempus, de quibus etiam dicendum.

XIV. Quod Etymologiam temporis attinet, Matth. Martinius, poſt alias plurimas à ſe allatas derivationes, ſimpliciſſimum eſſe putat, tempus dicere à τῆμος, tunc, in Lexic. Etymol. voce

tempus; ſed quia in hiſce cuilibet ſuo licet abundare judiciô, potior cura eſt habenda de vocis hujus ſignificatione. Etenim uſus hujus vocabuli eſt varius.

XV. Propriè denotat rei creatæ corporeæ durationem ex doctrinâ Phyſicorum. Nonnunquàm latius extenditur, ut durationem omnis entis deſignet, adeoque & ævum & æternitatem complectatur, quod fit abuſivè *Martin. d. l.* Differt enim tempus ab ævô & æternitate, quia tempus eſt menſura durationis earum rerum, quæ initium & finem habent, ævum verò eſt menſura durationis rerum, quæ initium, finem verò non habènt. At æternitas ſignificat durationem, quæ initium & finem non habent. De hâc re vid. *Thom. in Sum. p. 1. qv. 10. art. 1. 5. & ibid. Cajet.* aliique.

XVI. Porrò ſumitur tempus pro occaſione, & agendi opportunitate, quæ tempori aliquando accedit ita *Tacit. annal. l. 4. c. 40.* tempore datô, i. e. occaſione oblatâ. Uſu vocabulum hoc eſt translatum ad res promercales, quando de annonæ caritate dicimus, es iſt theure Zeit. Grammaticis eſt accidens verbi, quô diſcernitur ſecundum præſens, præteritum & futurum, *l. 123. ff. de Verb. Signif.* Aliquando uſurpatur de temporis præſentis moribus & conſuetudine, velut cum dicitur, ô tempora, ô mores! quo ſenſu accipi poteſt in *§. I. Inſt. de ſucceſſ. ſubl. junct. l. ult. ubi ſecta noſtrorum temporum non patitur C. de Pactis.*

XVII. In Jure varias habet appellationes. Dicitur enim ſæpius ſpacium. *l. 1. §. 8. ff. ad l. falcid.* temporis ſpacium, *l. 1. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. l. 22. §. 2. ff. de oper. libert. l. ult. C. de Offic. Com. ſacr. palat.* Intervallum *l. 3. §. 9. ff. de vi, & vi armat.* Induciæ, *Nov. 106. in præf. l. 1. C. de plus petit. c. 1. ſeq. c. 3. quæſt. 3.* Ætas temporis, *l. 26. §. 12. ff. de cond. indeb.* temperamentum temporis, *l. 105. de ſolut.* tractus temporis, *l. 24. ff. de oper. libert.* Et adhuc in variis locis variè.

XVIII. Quemadmodum Philoſophi tempus definiant, conſtat, cùm ex cœli ſolisque vertigine deducant hoc ſpacium, quô rerum omnium viciſſitudinem metimur, dicentes eſſe affectionem corporis naturalis extrinſecam, qua illius duratio in ſe indiſtincta diſtinguitur juxta motum corporum cœleſtium, vel durationem corporis naturalis, quæ notabili momentorum ſucceſ-

ſione

ſione conſtat. Aſt hujusmodi conſiderationes in arte juris ad verum legum Intellectum parùm conducunt. JCti non verſantur circa corpus naturale, ſed jus habent pro objectô, nec tempus adeò præcisè, ſed cum latitudine quadam accipiunt, quapropter hic aliter erit conſiderandum. Deſcriptio ejus hunc in modum fieri poteſt, quod tempus ſit ſpacium, quo juris cujuslibet initium, duratio, finis determinatur. Spacium quidem, aut magis juridicè, circumſtantia, *arg. l. 16.* ϖ. *de pœnis.*

XIX. Hoc ſpacium conſtituitur à naturâ, homine, & lege; à naturâ, quia interdum tempus ex ipsâ rei naturâ venit, & tacitè ineſſe intelligitur. Ita tractus temporis re ipsâ ineſſe obligationi dicitur in *l. 24.* ϖ. *de oper. libert.* & ſtipulatio nonnunquam ex re dilationem capit, *l. 7. pr.* ϖ. *de V. O.* cujus exemplum proponitur in *§. 5. Inſt. Eôd.* & *l. 3. §. 6.* ϖ. *de eo quod cert. locô, ubi Gothofr.* plures adducit textus. Etenim lex naturam non deſtruit, ſed potius imitatur, *arg. §. 4. Inſt. de Adopt.* Judex multò magis, qui lex viva, legis miniſter, & Executor eſt; denique privati ſe juri cenſentur ubique conformare, *l. 57. §. 1. ad SCtum Trebell. l. 54. §. 1.* ϖ. *locati.*

XX. Ab homine conſtituitur dupliciter, vel publicâ autoritate, vel privatâ voluntate & conventione. Prioris generis quod eſt, præfinitur à judice, & vocatur judiciale. Quotiescunque enim tempus aliquod requiritur, nec in jure definitur, judicis arbitrio relictum cenſetur, *per l. 1. §. 2.* ϖ. *de jure delib. vid. Nov. 4. c. 1. ibi. convenit namque definire judicantem l. 71. §. 2.* ϖ. *de legat. I. l. 137. §. 2. de V. O.* Quanquam enim tempus à jure non præfinitum intelligendum eſſe de duobus menſibus, tradat *Bart. in l. qui Romæ. 122. §. cohæredes. 3. n. 2.* ϖ. *de Verb. Obl. Roman. Conſ. 27. & Conſ. 182. in fin. Brun. conſ. 81. n 2. qvos refert, & ſequitur Cacheran. Dec. 123. n. 12.* Alii tamen aſſerunt, id in Judicis arbitriô poſitum eſſe, & ita tenent *DD. communiter, teſt. Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 2. caſ. 6. & ſeqv.* ubi etiam dicit, quod Judex arbitrari debet intra perſonarum, rei, operis, & ſimilium qualitatem. Unde tempus ad moram purgandam in Judicis arbitriô eſſe, dixit *idem Bart. in l. ſi inſulam 84. n. 3.* ϖ. *de V. O.* & probat *text. in l. ſi ita quis 135. §. Seia, in fin.* ϖ. *Eôd.*

XXI. Ea quoque, quæ in continenti ſeu ſtatim fieri debent,

 judi-

judicis arbitrio ſimiliter relinquntur, *latè Menoch. loco cit. caſ. 7. & ſeq.* ubi varias opiniones, temporis in continenti: allegat, quæ modo tempus quadrimeſtre, modò bimeſtre, mox decem dierum, mox triduum, alii omne illud tempus, antequam lis conteſtur, & denique uſque ad ſententiam excluſive, exinde inducunt. Tandem verò eam ſententiam crebriorem dicit, quæ id ipſum tempus arbitrio judicis relinquit, qui ex temporis quantitate, & qualitate facti, aliisque circumſtantiis, id judicabit, quod probat poſt multos *laudat. Menoch. per Rip. in l. ſi inſulam 84. n. 35. ϖ. de V. O. ubi Bart. n. 3. & ibi. Angel. in repet. n. 50. & Jacob Niger. n. 100. & ibi Alciat. n. 15. Jaſon. in §. in bonæ fidei, n. 82. Inſt. de Act. & in conſil. 9. in primâ additione ad illud conſilium n. 3. & conſ. 82. column. 2. in fin. lib. 1. Idem in l. 2. n. 84. C. de jure Emphytevt. & multis præterea locis ibi adductis.*

XXII. In genere hæc diſtinctio notanda, quam *Alb. Gentil.* tradit *de diverſ. temp. appell.* quod nempe conſiderandum ſit, an agatur de opere juris, an de opere hominis. Ibi terminum, in continenti, propriè accipi, nec punctum temporis intercedere debere. Hîc pro negotii qualitate, modo longius, modo brevius tempus admitti, ratione differentiæ ſat apertâ, quoniam lex ita agere poteſt, ut, quando velit, dictô citius factum ſit, *l. in ſuis. 11. ϖ. de lib. & poſthum.* Non item homo, qui non niſi in tempore operari poteſt, ut ſemper in ejus operibus momentum aliquod naturæ intercedere neceſse ſit.

XXIII. Jure quidem Saxonicô, præcipuè in terris Electoratus intervallum iſtud modici temporis, & in continenti, nonnunquam, & in materia probationis, ad Terminum Saxonicum, 6. ſeptimanarum, cum 3. diebus, reſtrictum ac determinatum eſt, ita ut probatio tùm dicatur fieri in continenti, quando perficitur plenè & integrè, intra Terminũ executioni præfixum prout docet *Dn. Carpz. l. 2. Reſp. Juris, Tit. I. Reſp. 6 & allegat. Ordin. Torgav. de an. 1583. Tit.* von wucherlichen Contracten / §. Da aber dannoch / in verb. binnen der Zeit / da ihme die Hülffe angekündiget / und alſo in continenti. *Dan. Moller. lib. 2. ſemeſtr. 19. Zanger. de except. part. 3. c. 26. n. 125. Andr. Rauchb. part. 2. qv. 25. n. 104. verſ. in hâc v. provinciâ.* Ubi itaq; intervallum iſtud ad Terminum Saxonicum eſt reſtrictum, Judex id præcipuè ſequi debet, *l. in fraudem 46. §. fiſcalibus. 10. ϖ. de jur. fiſc. l. promiſſor Stichi 21. ϖ. de conſtit. pecun.* Sed tamen eô ipsô jure

hoc

hoc non ſemper procedit ſed quando de mente diſponentis aliter non conſtat, in dubio, verbum in continenti de præſenti momento temporis eſt accipiendum, *Bart. in l. 1. ϖ. ſi certum petatur*, aut definitioni Judicis relinquendum.

XXIV. Privatâ autoritate conſtituitur tempus à privatis rerum Dominis, & adminiſtratoribus. Quilibet enim rei ſuæ legem dicere poteſt, quam vult, *l. 21. C. mandati. Gail. de Arreſt. Imp. c. 6. n. 22.* & quod fit per legem, haud raro poteſt etiam fieri per pactum *l. non impoſſibile 50. ϖ de pact. l. ult. C. de fidejuſſ. Hering. tr. de fidejuſſ. c. 27. part. 1. n.* 117. Quemadmodum igitur hoc tempus voluntate & conventione privatorum conſtituitur, illud vero prius Judicis ſententiâ & decretô; ita utrumque etiam diverſimodè appellatur, ſcil. unum judiciale, & plerumque Terminus à Practicis, alterum verò conventionale.

XXV. Tempus verò quod ipſa lex ordinat atque præſcribit, dicitur legale, ſeu legitimum, uti appellatur *in l. 4. § 5. ϖ. de re judic.* quod ab ipsâ lege conſtitutum ac introductum eſt. *l. 38. §. 1. ibi: temporaei dare. quæ lex revertentibus præſtitit ϖ. ex quib. cauſ. major.* Idque legis vocabulum accipiendum generaliter, ut & ſtatuta, imò non tantum jus ſcriptum, ſed etiam non ſcriptum comprehendat, *§. 10. Inſt. de J. N. G. & C. pr. Inſt. de Nupt. l. 31. ϖ. de legib.*

XXVI. Sciendum de hoc tempore legali, illud præciſè obſervandum eſſe, cum ſit quaſi de formâ actus, quó non ſervatô, actum corruere neceſſe eſt, *Gail. l. 1. obſ. ult. Barboſ. Locuplet. l. 18. c. 5. ax. 40.* Unde terminô legis elapsô, non admittitur moræ purgatio, quia eſt peremtorius, *Gail. l. 2. obſ. 19. n. 11.* Propterea quoq; ejusmodi tempora alias vocantur fatalia, dies fatales, tempora dierum fatalium, quia tempore, quod lex præſcribit, elapsô, res recipit fatum & finem, *gl. in l. 2. pr. verb. fatalium, C. de tempor. & repar. appell.* Eſt enim in cauſarum diſceptatione fatum aliquod, *l. 41. C. Theod. de appellat. Cujac. c. 16. de præſcr.* Unde etiam dicuntur fata cauſarum, *l. 14. C. de Advoc. 1. l. 3. circa med. C. de legib.*

XXVII. Præterea notetur, quod tempus legale aliud ſit continuum, aliud rurſus utile. Illud eſt, quod juxta ſonum verbi, continuò & ſine interruptione currit, nullâ habitâ ratione, an dies ſint feriati, vel non, an quis ſit præſens vel abſens, an haberi poſſit copia Judicis vel non, ſitne facultas actori agendi, Reo defendendi, vel non, *l. fin. C. de præſcr. long. temp.* Hoc verò utile hæc omnia



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0019-7

attendit, ita ut non currant dies feriati, & tempus abſentiæ ignorantiæ, juſtive impedimenti in Judice, Actore, Reo ſubducatur. *l. 1. ϖ. de diverſ. temp. præſcript. gloß. in l. ult. de temp. integr. reſtit. Alber. Gentil. de diverſ. temp. appellat. c. 14.*

XXIIX. Unde ut tempus utile currat, tria requiruntur, videlicet, ut non ſit impedimentum agendi, nec ex parte rei, nec actoris, nec Judicis, *ut inquit Balb. de præſcript. in 2. p. 3. princ. qv. 6. n. 2. 3.* Quare ubi lex voluit, quod tempus ſit utile, id expreſſit. *ut in cap. ne pro defectu, de elect. & in cap. quia diverſitatem* ⁊ *de conceß. præben.* ubi tempus ad eligendum non currit legitime impedito. Tempus autem hujusmodi propter bonum publicum à legibus conceſſum eſt, ut conſtat præcipuè *in l. ſicut 3. & l. omnes 4. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Regulariter aliàs tempus legale eſt continuum. *Bart. in Avth. de Appell. n. 1. & in Avth. de Hær. & Falc. §. illud quoq; num. 4. Surd. deciſ. 204. n. 6.* præſertim ubi odium conſideratur, *Gem. in Reg. de Ann. poß. qv. 37 Surd. deciſ. 189. n. 1. Balb. de præſcr. in 2. part. 3. pr. qv. 6. n. 1.* ubi dicit, quod in omni præſcriptione legali, vel ſtatutaria tempus ſit continuum.

XXIX. Hæ diviſionis ſpecies non ſemper ſunt ſimplices, ſed aliquando miſcentur. Unde tempus oritur quadruplex, ſecundum ea, quæ *ex gl. in l. ult. C. de temp. integr. reſtit. proponit Bard. de temp. util. & contin. c. 7. cui addatur Bach. 2. Tr. D. 30. th. 7. lit. C.* Eſt enim tempus aliud 1. continuò continuum, & à principio & in progreſſu, quò pertinet tempus uſucapionis, & præſcriptionis *l. 31. §. 1. ϖ. de uſucap. l. ult. in fin. C. de long. temp. præſcr.* Aliud 2. eſt continuò utile, & à principiô & in progreſſu, quale eſt, tempus petendæ bonorum poſſeſſionis *§. 6. Inſt. de bonor. poſſeß.* ubi non tantum ratione initii, dies ex tempore ſcientiæ, adeoque utiliter currere incipiunt, ſed porro etiam, poſtquam currere inceperunt, eximuntur dies, quibus quis petere fuit impeditus, *l. 2. C. qui admitt. ad bonor. poſſ.* Aliud 3. eſt ſecundum quid utile, & ſecundum quid continuum, utile à principio, continuum in progreſſu. Tale eſt decendium in appellatione, quod demum currere incipit ex die ſcientiæ, ſed poſt quam incepit, procedit continuò, *l. 3. C. quom. & quand. Jud. cap. 8. de appellat. in 6. C. l. A. theſ. 3. quand. appell. add. l. 6. ϖ. de Caluminat.* Denique 4. aliud ſecundum quid continuum. Cujus exemplum tradit *Bard. in d. tr. de temp. utili & contin. c. 7. n. 3.* quod tamen

non eſt unius, ſed duorum temporum, appellationis ſcil. interponendæ & proſequendæ.

XXX. Diximus, quod tempus continuum diebus feriatis & non feriatis labatur. Ideò quoddam tempus quoq; eſt feriatum, quoddam verò non. Feriatum eſt, quô à forenſib⁹ negotiis, & jure dicendô Magiſtratus vacare ſolent, & ſui poteſtatem facere non conſueverunt, *l.5.& t.t.C. de feriis.* Non feriatum, ſeu juridicum, *arg. l.7. C. de fer.* quô omnia prædicta fieri ſolent, & licitè poſſunt, quô Judex tria verba fatur, do, dico, addico, Do ſcil. actionem, dico, ſcil. jus, addico, aliquid meâ ſententia. Hinc Ovid.

*Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur,*
*Faſtus erit, per quem lege licebat agi.*

Et de his *Alciat. 3. parerg. c.2. Coraſ. Miſcell. 18.* Tale tempus in dubio præſumendum eſt, ferias qui allegat, illas tenetur probare *Zang. part. 2. de except. c.7. n.16.*

XXXI. Feriæ, quæ conſtituunt tempus feriatum, ſunt variæ, ac multiplices, & diverſis in locis diverſæ obſervantur, etiam in noſtro Imperio, maximè propter Calendariorum, & religionis diverſitatem. Quanquam in Camera Imper. de feſtis diebus, utriusque Calendarii, & Juliani, & Gregor. ratio habeatur. *Vid. Roding. ℔. Camer. l. 2. c. 12. n. 10. in not. Brunnem. de Proc. c.6. n. 25. 26.* Qui autem dies autoritate publicâ feriati ſunt conſtituti, illud habetur *in Receß. Imp.* & præprimis *in Ord. Com. P. II. Tit. 33.* von *Vacanz* und *Ferien.* Illi ſunt ferè, de 24. Decembr. usque ad 6. Jan. incluſivè, à Dominica Eſtomihi, usque ad Dominicam Invocavit, à Domin. Palmarum, usque ad Feſtum Quaſimodogeniti, à Domin. Vocem Jucunditatis usque ad Exaudi. Pro Feſto Pentecoſtes ad Domin. Trinitatis. De 8. Julii usque ad 14. Auguſti, utrinque incluſivè, quæ feriæ Caniculares vocantur. *Receß. Imp. 1654. §.* die Unterſcheidung 88. *It.* die groſſe *Vacanz.* Reliquos, præter Dominicos, dies, in ſanctorum honorem tradit quolibet menſe varios, *Jac. Blum. Proc. Camer. Tit. 62.*

XXXII. Nec denique omittendum, quod tempus habeatur etiam aliquod privilegiatum, quô ob inevitabiles circumſtantias, jura de apicibus & rigore ſuô remittunt, cujusmodi eſt tempus belli & peſtis, quæ æqui parari ſolent, teſte *Everh. loc. leg. 90. n. 22. Mynſ. 3. obſ. 69. n.6.* Nam multa, quæ extra caſum neceſſitatis non

vale-

valerent, nec impunè fierent, permittuntur tempore neceſſitatis, utpotè quæ legem non habet, ſed imò facit legem, & reddit licitum, quod aliàs de Jure eſt illicitum. *Barb. Locupl. l. 12. c. 5. axiom. 16. & 17.*

XXXIII. Atque ſic, quantum ſufficere poteſt, ſingulas voces thematis noſtri conſideravimus, ut jam totum ac in univerſô ita deſcribere queamus, quod legale menſium tempus, ſeu ſpacium menſtruum ſit ſpacium, ſeu tempus certô dierum numerô conſtans, à lege ita præpoſitum, ut actui, ſeu juribus competentibus, initium, durationem & finem determinet, ex quô articulô competat, & rem afficere incipiat, quando & quousque verè, & in effectu competat, denique quando ceſſet, ac deſinat: vel, ut ita loqui liceat, Jurisnativitatem, vitam & mortem ſuis terminis circumſcribit, *arg. l. 5. princ. ibi*: quæ obligatio naſcatur *de præſcr. verb. pr. l. ibid. intra annum vivere, de perpet. & temp. action. l. 3. §. 1. ibi, litem mori patiatur ff. quæ in fraud. credit.* Cui definitioni nihil amplius addimus, per ea, quæ in antecedentibus prolixè tradita ſunt.

XXXIV. Cùm verò in hâc ipsâ definitione dixerimus de certo dierum numero, quibus hic menſis noſter, & ſpacium menſtruum conſtet; utique ille numerus determinandus eſt, id quod ſanè momenti non exigui, & variæ reperiuntur opiniones, adeò, ut hanc disputationem gravem, nec ſatis diſcusſam atque cognitam affirmare non dubitaverit *Menoch. de Arbitr. Jud. l. 2. Cent. 1. caſ. 50.*

XXXV. Quidam quatuor ſeptimanas, in unamquamque ſeptimanam 7. diebus, atque ita 28. diebus in menſem computatis, conſtitui arbitrati ſunt, *Panorm. in c. licet, n. 6. de ſuppl. negl. prælat. l. cum biſſextum 98. in fin. de V. S. arg. l. ſemper in obſcuris 9. ff. de R. I. & quendam adducit Schubh. de Auſtreg. c. 9. n. 75.* Sed ab illo ibidem *in n. ſeq.* rectè refutatur. Quam opinionem adhuc multi ſequuntur, ſed rem tamen non rectè attendunt, quando hoc ſpacium menſtruum, & tempus quatuor hebdomadum, pro uno atque eodem reputant, ac in judiciis, eine Monats- oder vier wöchentliche Friſt/ vice verſâ, unum pro altero concedunt.

XXXVI. Vel computant 27. dies & horas 8. quem menſem lunarem conjunctionis, conſecutionis vel ſynodicum, aut 26. dies & 6. horas, quem apparitionis, aut illuminationis appellitant. *Galen. in Comment. lib. de ſeptimeſtr. part. & 3. prognoſt. c. 4. & lib. 3. de decret. diebus. Tiraquell. in l. ſi unquam. 8. in verb. ſuſceperit liberos. n. 208. C. de revoc. donat. Alber. Gentil. de var. temp. appell. c. 4. de menſe.*

XXXVII.

XXXVII. Vel tot dies, quot duodecima pars anni habet; juxta quam computationem, cùm annus 365. dies & 6. horas contineat, menſis conſtare deberet 30. diebus, 10. horis cum dimidiâ. *Hoſtienſ. in c. licet. 3. Alex. con. 114. n. 13. l. 5.* Quam intricationem dicit eſſe ſatis intricatam, cùm per ipſam ad diviſionem nedum horarum, ſed & momentorum perveniatur.

XXXIIX. Alii aſſerunt, quod computatio fieri debeat, prout menſes currunt, *ita gl. in c. quam ſit 6. verb. menſem de Elect. in 6. Aret. in §. prætereà 1. n. 2. Inſt. quib. non eſt permiß. Scaccia de Jud. lib. 2. c. 3. n. 358.* ubi, quod menſis terminatur eâdem die menſis ſequentis *Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 24. n. 15. & alii apud Jordan. Elucubr. diverſ. lib. 10. tit. 12. n. 30.* ubi dicit, quod ſi beneficium vacet, v. gr. ſextâ die Mart. ſemeſtre, quod datur ad illud conferendum, complebitur 5. die Septembris. *Latè Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 2. caſ. 50. n. 21. 22.* ubi, quod menſis aliquando habeat 30. dies, habitâ relatione ad menſem, in quo incipit dilatio conceſſa. Siquidem frequentius etiam, & à multis exiſtimatur, pro quolibet menſe tot dies computari, quot quilibet menſis habet, in quo terminus eſt conſtitutus. Ideoque ſi in principio menſis terminus præfigatur, computationem fieri debere ſecundum numerum menſis iſtius, ſi in medio, reſpiciendum ad menſem, in quo incipit terminus, & ad ſequentem, atq; tùm diviſionem fieri pro ratâ, *gloß. in c. quam ſit Eceſſis 6. in verb. menſem de Elect. in 6. Bart. & Alciat. in l. cum biſſextum 98. Panorm. d. l.* qui dicit hoc communiter ſervari *Hieron. Butigella in repet. l. lecta 40. n. 62. ſeqv. ff. ſi cert. petat.*

XXXIX. Verum rejectis his & aliorum opinionibus, & theoricæ, & practicæ veritati magis conſentaneum eſt, in omnibus menſium præſcriptionibus, vel terminis, ſive ab homine, ſive à lege, cùm vel ſine miniſteriô Judicis conſtitutis, adeoque quotiescunque jure communi, Imperii, Conſtitutionibus, Statutis, vel LL. municipalibus, in ultimis voluntatibus aut contractibus, menſis unius, aut plurium mentio fit, toties in ſingulos menſes regulariter 30. dies computandos eſſe, niſi aliud diſertè cautum, expreſſum vel conventum reperiatur. *Rauchb. part. 2. quæſt. 24.* quam communem eſſe computandi rationem non ille ſolùm aſſerit, ſed idem teſtatur *Alphonſ. à Caranz. de part. c. 12. §. 5. n. 40.* & communi Germaniæ conſuetudine etiam in Cam. Imperiali receptam eſſe conſtat *ex Ord. Camerali part. 2. tit. 30. §. 4.* Und ſollen in obgemelten Fällen / je



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0023-5

für einen Monat dreyſſig Tage gerechnet werden. In cauſis tamen Executionum, pro quovis menſe, 4. hebdomadæ, atque ſic 28. dies computandæ leguntur *in R. 1548. §.* Etliche andere 53. Sed illud ibi in caſu ſpeciali duntaxat conſtitutum eſt, ideoque ad alios extendi non debet. *Jac. Blum. Proc. Camer. Tit. 27. Schwanmann. lib. 1. Proceß Cam. tit. 27. n. 2.*

XL. Hæc cömputandi ratio etiam Jure-Saxonicô aliter non obtinet, quamvis ibidem magis frequentetur terminus Saxonicus & ſpacium 6. ſeptimanarum cum 3. diebus, quod in Citationibus, Land-R. *l. 1. art. 41. & 67. lib. 3. art. 5. & 29. Chil. König. in Proc. c. 35. in pr. & c. 37. n. 2. & 3. Matth. Coler. de Proc. Exec. part. 1. c. 1. n. 14.* in Probationibus, *d. lib. 1.* Land-R. *art. 61. & 67.* Weichbild *art. 68. & 75. Conſtit. Elect. 16. part. 1.* in juramentorum præſtationibus, *d. lib. 1.* L. R. *art. 11. & 62. Conſt. Elect. 12. part. 1. Chtl. Kön. in Proc. cap. 66. Joann. Schneidew. §. item ſi quis poſtulanti, n. 82. Inſt. de action.* in Exceptionum, Replicarum, Duplicarum, triplicarum productionibus, quæ fiunt poſt atteſtationum publicationem, *Conſt. Elect. 18. P. I.* in Leuterationum proſecutionibus, *Conſt. Elect. 19. P. I.* Denique in omnibus Executionum actibus uſitatiſſimum eſt.

XLI. Quem terminum Saxonicum à cancellis hujus diſſertationis, & thematis noſtri non excluſum, ſed comprehenſum volumus. Maximè, cum alleg. *Rauchb. in quæſt. adducta 24.* illud notanter addat, quod illi tres dies in termino Saxon. ideò de conſuetudine adjecti ſint, ut menſis cum dimidio, vel ſesqui menſis compleatur *Apoſtil. ad Art. 58.* Weichbild. *Zobel. lib. 1. different. 51. & 56. Matth. Coler. de Proc. Exec. part. 3. c. 6, n. 2. Schneidew. in §. bonæ fidei. Inſtit. de action. uti refert Dn. Carpz. Reſp. Elect. Juris 103. tit. 10. lib. 5. n. 6.*

XLII. Hanc computationem 30. dierum pro uno menſe, probant DD. variè, quæ omnia huc referre paulò longius foret. Inter alia etiam provocant ad autoritatem veterum interpretum, menſes ita computantium. Cùm Græci inprimis ita menſium computationem ineundam eſſe cenſuerint, & plures alii, *Cujac. in l. biſſextum 98. de V. S. c. 10. de diverſ. temp. in recit. ad tit. C. de temp. & repar. appell. & ad Jul. Paul. d. t. lib. 4. ubi inquit*, ſe hanc computationem ſemper ſequi atque Hippocratem ipſum 270. dies pro novem menſibus computare, *lib. 2. Epidem. 3. ſect. gloß. &*

*Joan.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0024-1

*Joan. Andr. in cap. quam ſit de elect. in 6. Tiraqv. in l. ſi unquam, verb. ſuſceperit liberos C. de revoc. donat. Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 2. Cent. 1. caſ. 50.*

XLIII. Inſignem uſum præſtat hæc computatio tùm in aliis, tùm præcipuè etiam eo caſu, ubi quæſtio de partu legitimo agitatur, ut neque abs re, nec hoc loco incongruum fuerit, de hoc aliquid referre, quia quæſtio magni præjudicii, cùm notum ſit, quod partus ex præmaturo coitu, ſeu ante definita tempora editus, pro legitimo non habeatur, & in jure increpetur, ac varia idcirco de ejusmodi partu in jure diſpoſitio habeatur. Peculiaris textus eſt in jure Saxon. des Land-Rechts / *lib. 1. art. 63.* ubi dicitur: Wann das Weib/ehe dann die Zeit kommt/gebühret/ ſo mag man ſolch Früh-Kind an ſeinen Ehren ſchelten: Alſo auch/ wann ein Weib/nach ihres Mannes abſterben/ Kinder gewinnet / mag man ſolch Kind auch beſchelten / wann es zu ſpäte gebohren iſt. Neque id mirum, aut alienum à jure civili, modò conſtet, quis legitimi partus ſit terminus, quod tempus maturum?

XLIV. Cum verò homines delicta ſua nimium quantum celare ſoleant, nec ſemper ingenuè confiteantur, præprimis quoq; in delictis carnis; ideò huic rei modus quærendus fuit, per quem etiam contra inficiationem conſtet, partum legitimo tempore eſſe editum, nec ne. Quâ in re præſertim Dni. Medici, & Philoſophi ſuum ſtudium JCtis præbuerunt, quorum ſententia, & præprimis Hippocratis *in l. ſeptimo 12. ff. de ſtat. hom. & l. inteſtato 3. §. fin. de ſuis & legit.* relata & probata.

XLV. Ut proinde menſes ad minimum ſeptem requirantur ad maturum & legitimum partum. *Plutarch. lib. 4. de placit. Philoſ. c. 18. Plin. lib. 11. natur. hiſtor. c. 31. Gell. lib. 3. N. Att. Tiraquell. in l. ſi unquam, in verb. ſuſceperit liberos. C. de revoc. donat. Alciat. l. 1. Parerg. c. 11. Cæl. l. 22. lect. antiqv. c. 3.* Intelligitur autem, licet unô ſaltem die vel duobus menſis fuerit inchoatus. Nec enim menſes ſeptem integri requiruntur, ut notat *Accurſ. in d. l. ſeptimò, & l. in teſtato 3. Beuſt. de Jure Connub. part. 2. c. 36. & Ulpianus in l. inteſtato §. ult. ff. de ſuis & legitimis,* ait, *natum 182. dies, juſto tempore eſſe natum*; quod ſanè tempus ſecundum omnes, eſt ſex menſium & dierum duorum. Et ſcribunt *Ariſtot. & Plinius*, debiles admodum eſſe hos partus, & ſæpè evenire, ut deficiant foramina vel in auribus, vel in naribus. Quanquam 182. dies inceptos, non ſufficere, ſed requiri exactos

velit *Alber. Gent. de diverſ. temp. appellat. & de naſcend. temp.* qui 182. diebus adjicit inſuper 25 horas, ut dimidium anni compleatur: Quare ſi à die nuptiarum, & conſummationis per benedictionem ſacerdotalem matrimonii, ſextô menſe partus naſcatur, quin novi conjuges, commixtionis carnalis, ante copulam ſacerdotalem, inſimulari queant, vix ambigendum eſt.

XLVI. De octimeſtri ſpacio, circa partum, res magis controverſa eſt, quàm de præcedenti. Disputant enim Medici, an partus octimeſtris, natus ſcil. poſt dies 210. usque ad dies 240. (tot enim dies conſtituunt 8. menſes) ſit perfectus & vitalis? & communiter in negativam inclinant ſententiam, non eſſe ejusmodi partum perfectum & vitalem. *Dion. Gothofr. ad l. 12. ϖ. de ſtat. hom. Gell. lib. 3. Noct. Attic. c. 16. Dan. Moll. lib. 3. ſemeſtr. 18.*

XLVII. Sed verò diſceptatio hæc de partu octimeſtri perfecto & vitali nil quidquam effecti & utilitatis habet, cùm certè & exactè, octavo, vel 7. quin & 9. vel 10. menſe à conceptionis die natus quis ſit, diſſimulante præſertim uxore, terminus conceptionis, conſtare nequeat, nec inde conjuges novos commixtionis carnalis præmaturæ, nec viduam ſtupri inculpandam eſſe, putandum eſt. Defuncto ſiquidem marito, num poſthumus 8. vel 9. aut 10. conceptionis menſe ſit editus, nunquam certè aſſeri poteſt. Vivente autem marito, ſi 8. menſe à die nuptiarum partus fuerit procreatus, quis dicere certo auſit, partum eſſe octimeſtrem, cum ſeptimeſtris, adeoque legitimus eſſe queat? Nam ſæpe mulieres ipſæmet in tempore & momento conceptionis falluntur, quidni ālii nuptiarum obſervatores? *Carol. Molin. in addit. ad deciſ. in l. 2. n. 4. verb. ſexto, C. de bonor. poßeſſ. contra tabulas Dn. Carpzov. Jurispr. Conſiſt. lib. 2. tit. 13. Def. 226.* Quò facit & *Reſp. Scabin. Lipſ.* quod idem Carpz. adduxit *lib. 5. Reſp. Juris tit. 10. Reſp. 103. n. 15. Richter. Deciſ. 89.*

XLVIII. At quid, ſi defuncto marito, vidua poſthumum edat, quèm nunquam non paucitas dierum probat ac firmat partum legimum à marito defuncto procreatum Plurimos verò poſt dies ſi poſthumus fuerit editus, ſæpè controverſia movetur, ac de partu dubitatur. Sed & tùm pro partu legitimo habetur, licet poſt obitum patris, die 240. 250. 260. vel 270. nonô ſcil. menſe, vel ab initio, vel in ejusdem fine fuerit editus, diebus 270. pro novem menſibus computatis. *Rauchbar. quæſt. 24. n. 34.* Quò

facit *Conſil. Facultatis Theol. Roſtoch. in verb.* Ob dieſer partus, der in der 37. Woche / nach gehaltener Hochzeit gezeuget / legitimus ſey / halten wir dafür / es könne ſolches von niemand geläugnet werden / es wäre denn / daß er aller *Medicorum* und *Phyſicorum ſententias*. auf welche ſich der *JCtorum* Meinung gründen / wie zu erſehen / *in l. ſeptimò menſe, ff. de ſtatu hominum*, umbzuſtoſſen / und nichtig zu machen / ſich wolte unterſtehen / *apud Georg. Dedekenn. Volum. 3. Conſil. lib. 4. ſect. 1. n. 7. p. 440.*

XLIX. Menſe decimô partus eſt frequentior, quem & ſacra pagina, Sapient. 7. & Civile jus admittit, *arg. l. Gallus, pr. ff. de lib. & poſth. l. ult C. de poſth. hæred. Salmuth. ad. Panceroll. l. 2. memorab.* Secundum ordinarium igitur naturæ curſum, decimus menſis completus, eſt extremus pariendi terminus. Unde *Autor lib. Sap. d. c. 7. In utero,* inquit, *matris meæ formatus ſum cum tempore decem menſium.* Et *Plautus in Ciſtellariâ refert*, puellam compreſſam, exactô 10. menſe, filiam peperiſſe. *Ariſtot. etiam l. 7. hiſt. animal.* ait: *Soli homini multiplex pariendi tempus datum.* Nam & ſeptimo menſe, & 8. & 9. parere poteſt, & quod plurimum, decimo. Id quod lege 12. tabularum etiam proditum eſt, ubi decemviri ita ſtatuunt, ut, ſi qua mulier poſt viri mortem in 10. menſibus proximis pareret, qui quæve ex eâ naſceretur, hæres eſſet. Et teſtatores dicere ſolebant, ſi filius vel filia, intra 10. menſium ſpacium, poſt mortem meam editi fuerint, hæredes ſunto, *l. ult. C. de poſth. hæred. Inſtit. l. ult. ff. de fidei commiſſ. libert. l. Gallus 29. in pr. ff. de liber. & poſth.* Ac ulpianus, ut de jure certô, *in l. 3. §. pen. ff. de ſuis & legit. hæred.* reſpondet his verbis. *Poſt decem menſes mortis natus, non admittatur ad legitimam ſucceſſionem.*

L. Nihilominus undecimeſtres partus & Phyſici & Medici, ac JCti plerique, ut legitimos recipiunt, ſi in principio 11. menſis editi fuerint, vel 11. menſem attigerint, *Hippocr. de octimeſtr. part. in fin. & de natur. puer. Item lib. 9. natur. Inſtit. c. 5. Ariſt. l. 7. hiſt. animal. c. 4. Gell. c. 15. lib. 3. Noct. Attic. Bapt. Montan. Conſult. Medicin. Cent. 3. Conſult. 9. Tiraquel. in l. Si unquam, verb. ſuſceperit liberos. n. 208. ſeq. Alciat. de præſumt. regul. 1. præſumt. 40.* Atque ita in Dicaſterio Wittenbergenſi de undecimeſtri partu judicatum fuit, atque ſimul de ſeptimeſtri; & dierum numero, quot menſi tribuendi ſunt, cujus reſponſi exemplat hoc eſt: Als ihr uns be-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0027-7

richtet / daß ein Ehemann / Donnerſtag nach Michaelis / im 85. Jahr / ins Land zu Braunſchweig verreiſet / und den 16. dieſes Jahres wieder anheim kommen / deſſen Weib folgendes den 28. Tag Monats Julii ein Kind zur Welt bracht / und acht euren Bericht nach / mit demſelben 43. Wochen / von Zeit an / als der Mann von ihr verreiſet / ſchwanger gangen / und nun Zweifel vorfiel / ob ſolche Geburth vor Ehelich zu achten? Demnach ſprechen wir verordnete DD. vor Recht / dieweil dieſe 43. Wochen von Zeit an / als der Ehemann weg gangen / bis auf den 28. Julii / dreyhundert einen Tag / und dieſe hinwieder 10. Monat und einen Tag / wenn auf jeden Monat 30. Tage / wie dißfals billich geſchiehet / gerechnet / austragen / oder da gleich in dieſen Fall / auf jeden Monat 29. Tage / und 12. Stunden / nach etlicher Meinung / zu rechnen ſeyn ſolten / doch mehr nicht / denn 10. Monat 6. Tage / und etliche wenige Minuten machen / folgends von den 16. Jan. dieſes 86. Jahres / als der Mann wieder anheim kommen / bis auf den 28. Julii / 27. Wochen / und 4. Tage ſeynd / und alſo 193. Tage / da der Monats-Lauff 30. Tage / oder wenn auch der Monat 29. Tage / 12. Stunden austragen / und aber im Rechten verordnet / daß ein Kind in Anfang des eilfften Monden / ſo wohl auch im ſiebenden Monat / es ſey im Anfang / Mittel / oder zu Ende / an ſeinen Ehren nicht mag geſcholten werden / ſondern vor des Mannes recht und Ehelich gebohren Kind zu achten. Derowegen iſt auch gemeldter Ehemann / ſich des Kindes als ein Vater anzunehmen / und daſſelbe vor das ſeine zu erkennen / und zu verſorgen ſchuldig. addat: notanter *Sand. Dec. Friſ. L. 4. T. 8. d. 10.* Patet ergo ex hiſce omnibus, quod in ſingulos hos menſes triginta dies debeant connumerari.

LI. Plura adhuc teſtimonia paſſim in jure extant, quibus iſte numerus 30. dierum exprimitur. & in locum unius menſis ponitur atque præfigitur; ſic hæres intra 30. dies Inventarium incipere jubetur, *l. ult. C. de jure deliber.* Tertium legis Aquiliæ caput refertur ad 30. dies præcedentes rem ruptam, & damni æſtimatio fit, quanti iis res fuerit. Si Creditores ſecuritates confecerint de debito, vel ſortis vel alterius cujuscunque contractus gratiâ, in quo numeratio pecuniarum, vel datio certarum ſpecierum ſcripta eſt, intra 30. dies, ſeu duos menſes, poſt ſecuritatis hujusmodi expoſitionem connumerandos, exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere poſſunt. Nam poſt exceſſum iſtorum dierum talis exceptio ceſſat, *l. in contractibus 14. §. ſuper 2. C. de*

*non*

*non numer. pecun.* In ædilitio edictô judicium redhibitorium intra duos menſes conceditur , *l. ſi venditor* 28. *de ædilit. Edict.* quos duos menſes eſſe dies ſexaginta, oſtendit *JCtus in l. ædiles 38. pr. ϖ. Eôd.* Et ſic ab uno menſe usque ad ultimum exempla in promtu ſunt, ubi certis cauſis ac rebus, ejusmodi ſpacium 1.2.3.4.5.6. & deinceps plurium menſium à jure determinatum eſt , quibus enarrandis tempori ſtudentes hâc vice ſuperſedemus , magis è re noſtra exiſtimantes, quî hæc ad uſum fori referamus & demonſtremus, ſiquidem iſtorum fatalium magna ſubinde in Proceſſu & neceſſaria obſervatio habetur.

LII. Cùm itaque citatio initium ſit Judicii ac Proceſsûs, *per text. in §. fin. Inſtit. de pœn. temer. litigant. & in cap. quoniam 11. de probation. in l. de unoquoq; 47. ϖ. de re judic. DD. ad rubr. ϖ. & C. de in jus vocand.* Igitur meritò etiam hanc ipſam citationem hoc loco præmittimus. Et conſtat, quod Terminus in citatione aliquis præfigi, & ille præfixus, congruus eſſe debeat, aliàs ſi nimis brevis apponeretur, citatio non valeret, *per text. in l. aut qui aliter, 5. ϖ. quod vi aut clam. Et Panorm. in c. 1. de dilation. dicit, licitè appellari, ſi terminus ſit nimis brevis, & ibid. n. 7.* docet, quando terminus dicatur nimis brevis. In civilibus ad minus debet eſſe 10. dierum, *text. in l. ad peremtorium 68. cum l. ſequ. ϖ. de Judic. Gvid. Pap. Deciſ. 429. n. 6. incip. procedi debet.* Dantur tres termini ſecundum formam juris *in d. l. ad peremt. cum ſeq.* Aliquando unicus loco peremtorii, *l. nonnunquam 72. ϖ. de Judic. l. conſentaneum, 8. C. quom. & quand. Jud.* Ideoque *Ulpian. in d. l. nonnunquam dixit, eum, qui jus dicit, pro conditione cauſæ vel perſonæ, vel temporis, ordinem edictorum, vel compendium moderari debere, l. 1. C. de dilat. & in l. oratione 7. ϖ. de feriis.* Obſervandum autem, jura non requirere, ad inducendum peremtorium, trinam citationem neceſſariò, ſed ſufficere unicum terminum, ſi tantum tempus contineat unica, quantum trina citatio , *in d. l. conſentaneum, & d. l. nonnunquam.* Juſtitia per hoc non læditur, & jura voluerunt, plures dilationes dari, ut frenum imponerent Judicibus ne nimium properarent, *l. ſi finita, 15. §. ſi fortè 22. ϖ. de damn. in fect. Bald. in l. 2. n. 1. C. quom. & quand. Jud.* Præterea alia citatio eſt initio judicii ſuſcipiendi, alia in reliquis actibus Judicii.

LIII. In Camera Imperiali tempus citationis fuit olim arbitrarium, & conſiderata loci propinquitas vel longinquitas, *teſt.*

*Gail.*

*Gail. l.1. Obſ. 53.* Hodie verò terminus comparitionis ſatis amplus præfigitur, & quidem ad minimum 60. dierum, per R.I. 1654. §. würde hierauf 36. quo Reo ſatis amplum ſpacium ſit, ſe ad ſui defenſionem præparandi & deliberandi, utrum cedere an contendere velit. Atque hi 60. dies in omnibus Citationibus tàm S.Q. quàm appellationum præfiguntur, præterquàm in citationibus ad reaſſumendum, & in citationibus, Mandatis ſine clauſula annexis, in quibus utrisque duntaxat 30. dies ad comparendum præſtituuntur.

LIV. Quo autem Mandati C.C. & S.C. differentia eluceſcat, utriusque, & quidem Mandatorum de ſolvendo hodiè omnium frequentiſſimorum formulas hic ſubjungimus: Hierumb ſo gebieten wir auch ſamt und ſonders (intellige ſi plures debitores in ſolidum obligati ſint) von Röm. Käyſ. Macht / bey Pön zehen Marck löthiges Goldes / halb in unſere Käyſerl. Cammer / und zum andern halben Theil / Klägern unnachläßig zu bezahlen / hiermit ernſtlich / und wollen / daß ihr dem nechſten / nach überantwortung / oder verkündigung dieſes Brieffs / ohne fernern Verzug und Einrede / obangezogene verfallene noch unbezahlte / wie auch künfftige / alle und jedes Jahrs verfallende Zinſen / ſamt gebührenden Intereſſe, und deßwegen verurſachten Koſten und Schaden entrichtet / vergnüget / und bezahlet / hierinn nicht ſäumig oder ungehorſam ſeyd / als lieb euch ſeyn mag / obangeregte Pön zu vermeiden. Daran geſchicht unſere ernſtliche Meinung.

LV. Atque hæc eſt formaula Mandati S.C. cui annectitur hodie ſequens Citatio: Wir heiſchen und laden euch dabenebenſt von berührter unſer Käyſerl. Macht / auch Gerichts- und Rechts-wegen hiermit auf den 30. Tag den nechſten / nach beſchehener inſinuation dieſes / deren wir euch 10. für den erſten / 10. für den andern / 10. für den dritten / letzten und endlichen Rechts-Tag / ſetzen und nennen peremtorie, oder / ob derſelbe kein Gerichts-Tag ſeyn würde / dem nechſten Gerichts-Tag darnach / ſelbſten / oder durch einen Gevollmächtigten Anwald / an mehr beſagten unſern Käyſerl. Cammer-Gericht zu erſcheinen / glaubliche Anzeige und Beweiß zu thun / daß dieſen unſern Geboth alles ſeines Innhalts / gehorſamlich gelebt ſey / oder wo nicht / alsdann zu ſehen und hören / euch umb euers Ungehorſams willen / in vorgemeldte Pön gefallen ſeyn / mit Urtheil und Rechtſprechen erkennen und erklären / oder aber beſtändig erhebliche Urſachen / ob ihr einige hättet / warumb ſolche Erklärung nicht geſchehen ſoll / fürzubringen / und endlichen

Beſcheids-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0030-4

Beſcheids darüber zugewarten. Wenn ihr kommet / und erſcheinet alsdann alſo oder nicht / ſo wird doch nichts deſtoweniger / auf des gehorſamen theils / oder ſeines Anwalds anruffen / und erfordern / hierinnen in Rechten / mit ermeldter Erkäntniß / Erklärung / und andern / gehandelt werden / wie ſich das ſeiner Ordnung nach gebühret. Darnach wiſſet euch zu richten. Geben Speyer / ꝛc.

LVI. Hæc autem citatio, quæ communiter nominari conſuevit: Annexa citatio ſolita, quoniam regulariter Mandatis S.C. annecti ſolet & debet, vigore *C.p.2.tit.25.§.pen.* in Mandatis C.C. omittitur, quare ſi antecedenti formulæ Mandati S.C. poſt verba: Daran geſchiehet ꝛc. vel etiam poſt verba: oben gedrohete Pön zu vermeiden / adjungas verba ſequentia, habes formulam Mandati C.C. Continent enim clauſulam juſtificatoriam: Im Fall ihr aber durch diß unſer Käyſ. Geboth beſchwehrt zu ſeyn / und warumb demſelben anbefohlner maſſen / nicht zu gehorſamen wäre / erhebliche beſtändige Urſachen / und Einrede zu haben vermeinen ſoltet / alsdenn heiſchen und laden wir euch von berührter Käyſerl. Macht / auch Gerichts- und Rechts- wegen / hiermit auf den 60. Tag den nechſten / nach beſchehener inſinuation dieſes / deren wir euch 20. für den erſten / 20. für den andern / und 20. für den dritten / letzten und endlichen Rechts-Tag / ſetzen / und benennen / peremtoriè, oder ob derſelbe kein Gerichts-Tag ſeyn würde / den nechſten Gerichts-Tag darnach / ſelbſten oder ꝛc. erſcheinet / ſolche euere Urſachen und Einrede / in Rechten gebührlich fürzubringen / allenthalben unſers Käyſerl. Cammer-Gerichts Erkäntniß und förderlichen Entſchieds darüber zu gewarten. *Prout adducit Blum. in Pr. Cam. Tit. 34. §. 13. 14. ſeqv.*

LVII. Ad hunc ferè modam Curiæ Provinciales in Electoratu Saxoniæ decernunt Inhibitiones, in quibus mulcta ſtatim determinata, in caſum non factæ paritionis inſeritur, quæ hodiè quinquaginta aureorum Rhenenſium, ex quô vulgò nuncupatur eine Pœnal-Inhibition, quæ tamen in ulterioribus inhibitionibus duplicatur. Semper verò clauſula juſtificatoria annectitur, quâ inhibito poteſtas datur, ſi ex juſtitiâ cauſæ parendum non duxerit, ut Curias plenius infōrmet, de quâ clauſula proviſum in Ord. Polit. de anno 1612. tit. von Juſtitien Sachen *n. 9. in verb.* den Inhibitionibus aber allezeit die clauſula juſtificatoriâ deutlich / ausführlich / und verſtändlich inſeriret werden. Reſtringuntur hujusmodi inhibitiones inſuper ad præventionem Electoralem, ex

 pecu-

peculiari Edicto D. Aug. Elect. Sax. *ſub dato* Annaburgk / 2. *Jan.* *1579.* Curiis provincialibus intimato, in verb. Da der Gerichts-Herr dasjenige / derohalben umb Inhibition angeſucht wird / etwa auf unſern ſondern Befehlig fürgenommen / daß er ſich auf ſolchen Fall die Inhibition nicht irren laſſen dürffe. Quô de plura tradit *Dn. Carpz. in Proc. Juris, Tit. 23. Art. 3.*

LVIII. Hinc talis formula Inhibitionum habetur: Als Inhibire und befehle an ſtatt höchſtgedachten meines gnädigſten Chur-Fürſten und Herrns / ich euch hiermit / bey Pön 50. Gold-Gülden Reiniſch / daß ihr alſobald nach Verleſung dieſes ꝛc. und ſolches nicht anders haltet / bey Vermeidung angeſetzter Straffe / im Fall euers nicht gehorſamen / von euch unnachläſſig einzubringen. Wenn aber ſolches auf ſonderbahren Ihrer ChurFürſtl. Durchl. Genädigſten Befehl von euch vorgenommen / ſo wollet euch dieſe Inhibition nichts irren laſſen / ꝛc. Und im Fall ihr hierzu Urſachen / wie gemeldet / zu haben vermeinet / ſo wollet dieſelben Montags nach N.N. welchen Tag ich euch hierzu peremtorie ernenne / vor der verordneten Beyſitzern und mir zu Leipzig uffn Rath-Hauſe früher Tage-Zeit anbringen / ꝛc.

LIX. Judicia in iſtis Curiis Provincialibus, quarum duæ ſunt in Electoratu, Lipſiæ & Wittebergæ, quotannis quatuor Terminis conſtituta ſunt & habentur, ut trium ferè menſium ſpacio alter iſte Terminus ab altero diſtet, quocircà illud peculiare habent, ut in citationibus integrum ſpacium Saxonicum non exactè, ſed paulò minus requiratur, & ſufficiat quamvis ejusmodi totum ſpacium citatio non contineat. Cæterum adhuc aliud judicium, ibidem viget atque habetur, quod Dresdæ eſt, & ſupremum judicium, ſive Appellationum vocatur, quod itidem intervallo menſium, bis in anno frequens celebratur, uti patet ex obſervantia & Ordinationibus iſtorum judiciorum.

LX. Jure communi requiritur, ad quemlibet actum judiciarium, qui cauſæ cognitionem requirit, ſpecialis citatio *Ummius in Pr. Jud. Diſp. 5. th. 9.* quod ſequitur Proceſſus juris Saxonici mordicus & acerrimè, ut non modò in princpio. & primò cujusque rei terminô, ſed & in ſequentibus omnibus actibus, tempore totius Proceſſus, nova ſemper citatio decernatur, & quoties eadem in ſcriptis emittitur, ut plurimum, nedùm ſemper ferè, legali terminô comprehendatur. Neque etiam Proceſſus ſummarius neceſſitatem citationis evitare poteſt, ſi quidquam in illo validè

validè agi litigantes exoptent *Zang. de Except. part. 1. c. 2. n. 8.* Quis enim non animadvertit, citationem intra articulos juris gentium & naturalis referri, quæ, ſi omittatur, partium nondum auditarum jura turbari neceſſe eſt, quod nec à Principe fieri poteſt, *l. 2. §. meritò 10. & §. Si quis à Principe 16. ff. ne quid in loc. publ. Anton. Fab. in C. lib. 5. def. 20. 21.* De quò etiam clara ſanctio Pontif. reperitur, *in c. ſæpè 2. verſ. citationem. clement. de V. S.* Idemque probatur, *per l. de unoquoque 47. ff. de re judic. l. non ita Divus Marcus 39. ff. de Adopt.* At tamen in Camera Imper. ad totam cauſſam, & ad omnes ſingulosque actus ejusdem cauſæ, uſque ad definitivam emittitur, *Mynſ. l. 4. Obſ. 33. n. 1.* & adverſus partem contumacem absque ulteriori citatione procedi & definitivè pronuntiari ſolet- *Mynſ. ibid. n. 4.* exceptis duobus caſibus, in cauſis purgationum, & l. diffamari, in quibus bina requiritur citatio ad hoc, ut in contumaciam procedi queat, *Gail. l. 1. obſ. 51. n. 10.*

LXI. Etſi verò jure civili Reus peremptoriè citetur tribus vicibus & intervallis, *l. ad peremptorium 68. & l. ſeq. ff. de Judic.* tamen hodiè ubique ferè locorum, & ex conſuetudine generali, unica ſufficit citatio, modò ſit peremtoria, & in trini edicti ſuccedat locum, & tantum temporis contineat, quantum tres illæ citationes juris civilis, id quod jure Saxon. in ſpacio 6. hebdomadum & 3. dierum, adhuc magis procedit. *Zobel part. 1. Differ. 61. Matth. Coler. de Proc. Exec. part. 1. c. 10. Ord. Pr. Judic. Tit. 4.* in verb. Auch darneben einen rechten legalem terminum ſeine Nothdurfft zu bedencken haben möge. Et clarius tit. 10. §. Im Fall aber ibi: daß ihme die citation gebührlich inſinuiret / und er von Zeit an ſolcher inſinuation, die vollkommene Sächſ Friſt / als 6. Wochen 3. Tage gehabt habe. Idem habetur *in Ord. Apellat. de anno 1605. Rubric.* Wie wider ausbleibende Partheyen verfahren werden ſoll. Atque hanc contractionem trium Edictorum jus civile ipſum conceſſit, prout innuunt *Ulp. in l. nonnunquam 32. ff. de Judic. & Imperator Dioclet. & Maxim. l. conſentaneum 8. verb. & adverſario. C. quom. & quand. Jud. ſentent. proferr. deb. Gail. lib. 1. obſ. 53. n. 22.*

LXII. Jure communi certus terminus probationibus non eſt definitus, ſed à judice conſtituitur, *l. 1. C. de Dilat. can. induciæ 4. §. ſpacium cauſ. 3. qv. 3. Gail. l. 1. Obſ. 91. n. 13.* quod nec aliter in Camera obſervatur, ſed nihilominus & temporis menſtrui hâc ipsâ in re ratio habetur, & juxta arbitrium Judicis ad unum,

duos, tres & plures menſes extenditur, ut videri paſſim poteſt in *Jac. Blum. Chil. ſentent. Cameral.* è quibus unicam referre ſatis eſto, & pronuntiatum eſt *d. 17. Febr. 1669. ſeq. modo:*

In Sachen T. von H. Klägern / wieder A. von W. beklagten / citationis ad videndum exigi medietatem hæreditatis, ejusque ſtatum & Inventarium, & ſe condemnari, iſt die am 9. Decembr. 1662. durch Lt. W. einbrachte addition-Schrifft und Beylagen / als der Ordnung / und gemeinen Beſcheid zuwider / mit vorbehaltener Straffe / nach ermeſſigung hiermit verworffen / ſondern ermeldten Lt. W. auf die den 22. Septembr. gemeldten Jahres ex adverſo einkommene duplicam in ſpecie zu handeln / das factum beſſer und förmlicher auszuführen / und wie ſichs zu Recht gebühret darzuthun / auch eine Genealogiam vorzubringen / Zeit dreyer Monaten / pro terminô & prorogatione, von Ambts-wegen angeſetzt / mit dem Anhang / wo er alſo ſolchen nicht nachkommen wird / daß alsdenn auf des Gegentheils ferner anruffen / in der Sachen ergehen ſoll / was recht iſt.

LXIII. Jure iterum Saxonum probationi certum tempus, ſcilicet 6. hebdomadum cum 3. diebus, & non ultra patet, quô elapsô, amplius ad probationem quis non admittitur, ſed totâ causâ cadit, ita, ut ipſi Actori ne quidem refuſis expenſis & præſtitâ cautione de lite proſequendâ, ad novam actionem detur acceſſio *Chil. König in Pr. c. 17. Schneidew. ad §. in bonæ fidei. 30. de Action. n. 20. Andr. Rauchb. p. 2. qv. 24. n. 23. Zobel. p. 1. differ. 51. Jacob Schulz. in addit. ad Matt. Col. Deciſ. 104. n. 30.* Land-R. *l. 1. art. 62. circ. med.*

LXIV. Iſte Terminus conſiderari debet, ratione initii & finis. Illud ſumit à momento rei judicatæ, quando ſcil. ſententia, per quam alicui probatio fuit injuncta, vires rei judicatæ conſecuta eſt, cujus rei fundamentum altius repetere neceſſum non eſt, poſtquàm illud clarâ nititur lege Electorali *in Ord. Proceß. judic. tit. 20. in pr. ibi:* Ein jeglich Part / *in verb.* von der Zeit an zu rechnen / da das Urtheil ſeine Krafft erreichet. Atque ab hoc momento currit continuò, ita ut nullis feriis interrumpatur & impediatur, *l. ſive pars 3. verſ. feriæ autem 20. C. de dilat. l. 26. §. 7. ff. ex quib. cauſ. major. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 16. P. 1. Carpzov. in eand.* Definit etiam iterum in hoc momento, & fine hujus termini, ut ne ultimâ die poſt lapſum termini momentum probationes admittantur. Ex quo enim terminus hic probatorius currere incipit ab eo momento, quô

ſenten-

ſententia tranſiit in rem judicatam, utique etiam finiri debet in momento eo, quô terminus eſt præterlapſus. *Arg. l. placet. 5. ubi gloß. verb. abhinc C. de SS. Eccleſ. Jaſ. Bart. & DD. in l. 1. ꝟ. ſi quis caut. in judic. ſiſtend. cauſ. &c.*

LXV. Adhunc Terminum probatio ita tamen non eſt adſtricta, ut intra hunc plenè ac perfectè conſummari debeat, veluti ſentiunt, qui verbis inhærent *Specul. Saxon. in* Land⸗R. *l. 1. Art. 62. ubi:* Gezeugniß ſoll man in 6. Wochen vollkommen. Sed ſufficit intra hunc terminum Articulos probatorios, ac nomina teſtium, ſive documentorum copias offerri, licet teſtes juratò recepti & examinati, documenta etiam originaliter producta ac recognita non fuerint, *per Sanct. El. in Conſt. 16. part. 1. in pr. ibi:* Ein jeglich Part/&c. Non abs re, quia difficile eſt intra terminum tàm anguſtum plenè ac perfectè probationes conſummari, quæ potius adjuvari, quam reſtringi debent, *l. 21. C. de Hæret. & Manich. Carpz. in Proceß. tit. 13. Art. 1. n. 92.*

LXVI. Tempus hoc jure præfinitum regulariter ſemper & ubique obſervari debet, adeoq́ue nec cauſas incidentes & ſummarias ab hoc excipere licet. *Maſcard. de probationibus, concl. 122. vol. 3. Berl. P. 1. Concl. 38. n. 12. ſeqv. Dn. Carpz. P. 1. Conſt. 16. Def. 1. n. 5. ſeqv. & in Proc. tit. 13. Art. 1. n. 85. ſeqv.* Excipitur tamen, ſi Reus conventus de facultate braxandi cereviſiam, hanc ſibi competere aſſerit, eamq́ue probare velit, qui ad iſtum terminum probationis adſtrictus non eſt, ſed ſpecialis, nempè duorum menſium ipſi indulgetur. Churfürſt. S. L. O. *de anno 1555. Rubr.* brauen/ ſchencken/und andere bürgerliche Nahrung. *verſ.* aber auf ſolchen Fall. *Dn. Carpz. P. 1. Conſt. 16. Def. 22. & in Proceß. tit. 13. Art. 1. n. 52. ſeq.*

LXVII. Obtinet veró terminus probatorius anteà dictus etiam in criminalibus, in probatione Accuſatoris, & reprobatione Rei, ſive accuſati. Quoad probationem enim, tempore probatoriô elapsô, non licet novos adducere teſtes ac probationes. Diſtinguendum verò cum *Dn. Carpz. in Prax. Crimin. part. 3. qv. 106. n. 89.* inter probationem Accuſatoris, & reprobationem Accuſati, ſive Rei. Ita, qúamvis aliàs probatio & reprobatio pari paſſu ambulent, propter naturam correſpectivorum, juxta quam quod ab uno diſpoſitum ad altrum quoq; ſit trahendum *l. ult. ꝟ. de accept. l. f. C. de indict. viduit. toll. l. 1. C. de tranſact. Bart. in repet. l. ſi quis C. eod. Conſt*

 El. 16.

*El.16.P.1.O.P.J.tit.23.* tamen accuſato pro ſua defenſione quicquid facere licet, etiam reprobationis terminô elapsô, & poſt atteſtationum publicationem, & concluſſionem in cauſa, tàm in Ordinario, quàm Inquiſitorio Proceſſu. *Andr. Gail.l.1. obſ. 105.n. 10. & lib.1. de P.P. c. 18. & DD. allegati à Dn. Carpzov.* In Proceſſu Inquiſitorio Reprobatio Rei vocatur utplurimum deductio & probatio innocentiæ, ſive abſolutè defenſio, quæ ipſi utique eſt concedenda, & ſpacium ejusdem legitimum, quale verò illud ſit, nullibi quidem exactè eſt definitum, celeriter tamen & absque longâ dilatione defenſionem deduci debere patet *ex Ordin. Polit. Sax. de anno 1612. tit.* von *Juſtitien*-Sachen *in verb.* noch auch langwierige Friſt und *dilation* gegeben werde. Id quod Judicis arbitrio relinquendum eſſe videtur *arg.l.1.§.2. ff. de Jur. del.* qui certè pro qualitate criminis, & ratione circumſtantiarum, certum tempus definire poteſt. Etenim ut maximè ſpacium unius menſis (eine Monats-Friſt) ad ejusmodi deductionem ſufficere videatur, attamen ſi teſtes ex locis remotioribus producantur, vel argumenta difficilis probationis afferantur, ſpacium illud duplicari, vel triplicari, quandoque etiam ſpacium legitimæ probationis, ſcil. 6. ſeptimanarum & 3. dierum concedi & multiplicari ita ſolet, ac poteſt. *Carpz. in pract. crim. P.3. qv. 115. n.85. 86. 87.*

LXIIX. Idque meritò ſanè ita fit, cum in civilibus quoquè cauſis terminus probatorius poſſit prolongari, unus atque alter ulterior concedi. Quanquam enim regulariter omnis dilatio probatoria in hujusmodi cauſis ſit peremtoria, ac proinde nonniſi ſemel dari debeat, *per text. in l. oratione 7. & in l. fin. ff. de fer. & dilat. Bald. ibid. n.1. l. 1. C. de dilat. DD. communiter, ibid. Mynſ. Cent. 1. obſ. 71. Felin. in c. paſtoralis 4. X. de Except. n.2. Pulchrè Bart. in l. ceſſante 2. n.6. C. quom. & quand. jud.* Sed tamen fallit, ſi probare debenti emerſerit inopinatè, & ſine ſua culpa juſtum aliquod impedimentum quô caſu non ſolum ſecunda & tertia, ſed etiam quarta, cum ſolennitate legali à Judice dari poteſt, *in l. oratione 7. ff. de fer. Nov. 90. c. 4. & in Auth. at qui ſemel, C. de probat. ubi latè Bart. n.2. & 10. text. in c. in cauſis 15. & in c. ſignificaverunt 36. X. de teſtibus. Gail. l. 1. obſ. 91. Coler. part. 1. deciſ. 121. n. 5.*

LXIX. Etſi autem nunquam dilatio ad probandum concedatur absque præviâ cauſæ cognitione, æqualis tamen ea non eſt, nec

pari-

parilis ſemper requiritur, quarta verò præcipuè exactiorem cognitionem & ſolennitatem legalem requirit, quæ eſt, ut eam, petens primò juret, quod non malitioſè, & doloſè eam dilationem expoſcat, juxta formam *Nov. cit. 90. c. puia verò. d. c. in cauſis, d. c. ſignificaverunt, de teſt. ubi gl. & DD.* eaque ſolennitas legalis injuncta quoque eſt *in Ordin. Proceß. judicat. Saxon. tit. 20.* §. Wir laſſen auch geſchehen / ꝛc. *verb*, ein / und aus erheblichen Urſachen zum andernmahl / weiter aber nicht / als cum cauſæ cognitione, & ſolennitate legali. Hinc in Curia Provinciali Lipſienſi dilatio prima vel ſecunda datur extrajudicialiter ad nudam partium implorationem, tertia & quarta autem judicialiter tantummodo, & per ſententiam interlocutoriam, quod tamen in aliis, ac præſertim inferioribus judiciis non æquè ſemper obſervari, & dilationem tertiam & quartam ex juſta cauſſa absque præſtatione juramenti per ſententiam interlocutoriam injunctâ, à Judicibus conceſſam fuiſſe, ſæpius compertum eſt.

LXX. Quandoque enim conſideratâ tantùm perſonarum & cauſæ qualitate ab ipſo Judice, locô cauſæ cognitionis habetur, & probationum facultas non anguſtari, ſed ampliari debet, ne veritas occultetur, *l. quoniam 21. in fin. C. de hæret. l. generaliter 12. §. neceſſitate, C. de reb. cred. & jur. in c. ſignificaverunt 36. de Teſt. gl. in c. 1. verb.* octo dierum ꝟ. *de Except.* Atque illud eò magis procedit, ſi favor ipſius cauſæ concurrat, puta in Minoribus, Univerſitatibus & aliis, quibus beneficium reſtitutionis in integrum competit, de quibus, & præterea mulieribus in probatione dotis ac illatorum, *Nov. Deciſ. Elect. 5.* peculiariter diſponit, ut præveniantur etiam ab ipſo judice, nec opus habeant, contra lapſum terminum probatorium, reſtitutionem in integrum petendi, minus autem ordinariô modô, & exhibitione libelli. *alleg. Deciſ. 5. §.* Nachdem aber / ꝛc. *in verb* daß ſolche reſtitution nicht eben durch eine ordentliche Klage ſondern auch per nudam implorationem erhalten / oder exceptionis locô geſucht / ja der Part gar vom Richter / geſtalten Sachen nach / hierinnen præveniret werden könne.

LXXI. Porrò & noſtrum temporis ſpacium ſeſe extendit ad inſtantiam Appellationis, ubi mox, poſt interpoſitam appellationem, occurrit tempus petendorum Apoſtolorum, qui alias vocantur libelli dimiſſorii. *Rubric. ff. de libell. dimiß.* & literæ dimiſſoriæ. *l. un. princ. eod.* quæ nihil aliud ſunt, quàm literæ, quibus, Appellans à Jurisdictione Judicis inferioris, ad judicem ſuperiorem dimit-

dimittitur, quorum ſpecies ſunt diverſæ, & ſatis notæ, Hi apoſtoli peti debent intra unum menſem ſive 30. dies, id quod ſi appellans neglexerit, cenſetur renunciaſſe appellationi, eaque deſerta redditur, *c. ab eo. 6. de Appellat. in 6. Clement.* quamvis rigor. 2. *Eod. l. 18. C. eod.* quia ſunt de ſubſtantia & formalibus Appellationis. Petuntur autem inſtanter, inſtantius inſtantiſſimè. Et quamvis, aliud ſit tempus appellationis, aliud petendi Apoſtolos, *Bart. in l. 1. §. fin. ꝶ. de Appellat.* nihilominus tamen in ipſa ſchedula appellationis, Apoſtoli, eô, quô dictum eſt, modô, peti ſolent, & tutius agere appellantem, ſtatim in ipſa appellatione Apoſtolos petendo, asſerit *poſt Berlich. P. 1. Concl. 50. n. 121. Dn. Carpz. Cenſt. 20. Def. 7. n. 7. P. 1. & Bart. ad Pract. Ferrar. tit. de forma appell. à ſentent. defin. in verb. petere, ſemel, bis, & ter* dicit, quod bona cautela ſit, in Appellatione ipſa ſtatim Apoſtolos petere, licet de jure etiam intra 30. dies peti poſſint, imò debeant *Gail. l. 1. obſ. 139. n. 15. Berl. d. concl. 50. n. 117. ſeq. Dn. Carpz. d. def. 7. n. 2. ſeqv. & in Pr. tit. 18. art. 3. n. 44.*

LXXII. Utrum verò tempus petendi Apoſtolos à die ſententiæ, an interpoſitæ appellationis currere incipiat, de hoc diverſa eſt opinio. Eorum tamen crebrius eſſe receptam, qui à die latæ ſententiæ numerant, *per l. 24. C. de appell.* teſtatur *Mynſ. l. 4. obſ. 36.* quod etiam in foro Saxon. obſervatur quanquam, ne anſam diſputandi præbeat ea res, in ipſa ſtatim appellatione Apoſtoli petantur, ut jam dictum eſt.

LXXIII. De Jure Camerali Appellantis arbitrio relictum eſt, utrum Apoſtolos petere velit, nec ne, idque ideò, ut calumniis atque difficultatibus in proſequenda Appellatione occurratur. *O. C. part. 2. tit. 33. Gail. l. 1. obſ. 139. n. ult. Mynſ. l. 4. obſ. 26. Mejer. in Colleg. Argent. tit. quan. appell. theſ. 9. Mev. in Deciſ. Wiſm. P. 1. Dec. 36.* Eſt autem tempus Apoſtolorum & parti petenti, & Judici danti commune, ut intra hoc ipſum, ſi fuerit requiſitus, terminum ad dandos Apoſtolos præfigere debeat, *l. 6. §. ult. l. 24. C. de appellat. Nov. 126. c. 3. in fin.* quô in termino ſi non compareat appellans, & Apoſtolos accipiat, appellatio pro deſerta eſt habenda, *per alleg. text. in C. & Nov. c. ult. §. Judicibus. 2. 4. 6. c. ab eo. 6. de appell. in 6. Mynſ. Cent. 3. obſ. 22. n. 4. Berl. Concl. 50. n. 128. ſeqv. Dn. Carpz. Conſt. 20. def. 8. & lib. 3. Reſp. Jur. Elect. tit. 12. Reſp. 115. & in Pr. tit. 18. art. 3. n. 3. ſeqv.* Quam ſententiam comprobavit *Sereniſſ. Elect. Saxon. in Reſol. Grav. tit.* von Juſtitien Sachen/ *§.* zum 29. *verb.*

Daß

daß hinfüro der Unterrichter jederzeit dem Appellanten/wann die appellation eingewendet wird/binnen Monats-Friſt einen gewiſſen Tag zu Ablöſung der Apoſteln ernennen ſoll.

LXXIV. Magis verò petitio & requiſitio Actorum his ipſis 30. diebus, quàm Apoſtoli requiruntur obſervantiâ Juris Cameralis, ita ut Acta priora à Judice inferiori ad minimum intra 30. dies, ab interpoſita appellatione proximos, ſub præjudicio deſertionis ſint requirenda, *R.I. anno 1654. §. 61.* Ob er auch ſchon verb. Nichts deſtoweniger ſolle der Appellant bey Straffe der deſertion gleich bey Verkündung ſeiner appellation/und vor Verflieſſung deren à die interpoſitæ appellationis, nechſtfolgender 30. Tagen vom Unter-Richter Acta priora zu requiriren / und da ſie fertig worden/ umb die Gebühr auszulöſen/ oder wenigſt ſolcher ſeiner requiſition beglaubten Schein zu produciren ſchuldig ſeyn.

LXXV. Quando Judex à quo in edendis Actis negligens eſt, tenetur appellans compulſoriales petere & Judici à quo extradere, ita tamen, ut legitimæ requiſitionis factæ documentum à Judice (quod ſæpius recuſat) aut ſaltem à Notario confectum, una cum petitione exhibeat, aliàs decernitur: Noch zur Zeit abgeſchlagen / ſondern / wann Supplicant glaublich beſcheinigen wird / daß die Acta in voriger Inſtantz / in gebührender Zeit Rechtens / ſeyn requirirt worden / ſoll darauff ergehen/was recht iſt. Eduntur autem Acta à Judice duntaxat in copia & deſcripta, vel in totum, vel ad partem, ſecus eſt jure Saxon. per expreſſam Conſtit. qua Acta originalia transmitti debent *Carpz. in Proc. tit. 18. art 15. n. 82.* quam conſtit. *Brunnem de Proc. Civ. & inquiſit. c. 28. part. 2.* ſaluberrimam vocat & optat, ut ubivis ita ſtatueretur in judiciis, cum deſcriptio Actorum multas remoras, & ingentes ſumtus requirat.

LXXVI Succedit nunc fatale introducendæ appellationis apud judicem ad quem *Nov.*. 119. c. 4. *Auth.* Si appellatione *C. de temp. ac repar. appell.* Tempus autem certum jure civili determinatum nòn eſt, ſed in arbitrio Judicis à quo conſiſtit, *per l. 5. C. de appellat. cap. 4.* ⁂. *de appell.* qui ſecundum locorum diſtantiam, appellanti certum tempus aſſignare poteſt ad comparendum coram Judice ad quem. *Weſenb. in paratit.* ϖ. *quaud. appell. n. 5. Treutler. Vol. 2. disp. 33. th. 8. lit. b. Althuſ. L. 3. Dicæol. c. 56. n. 5. Hillig. in Donell. Enucl. l. 28. c. 7. Meier. in Coll. Argent. tit. quand. appell. theſ. 10. ſequ. Berlich. Concl. 50. P. 1. n. 132. Carpzov. l. 2. Reſp. Juris tit. 12. Reſp.*

116. & *in Pr. tit. 18. art. 4. n. 9. ſeqv.* Quô non obſervatô, deſerta eſt appellatio, *Gail. l. 1. obſ. 140.*

LXXVII. In Camera tempus eſt ſex menſium. *O. C. part. 2. tit. 30. ſ.* Würde aber *R. I. annô 1654.* §. 67. So dann ſoll ſich Appellant in alle Wege mit Ausbring- und Inſinuirung der Proceſs bey Straff der deſertion dergeſtalt befördern / damit die Inſinuation wenigſten für Ablauff der vier erſten nach interponirter appellation / folgenden Monaten / ohnfehlbar beſchehen / und alſo nach der Inſinuation zum wenigſten / nach zweyen Monaten / biß zu Verflieſſung der fatalium introducendæ, zu reproduction / und dem Appellaten zu nothwendiger Bedenck- und Einbringung ſeiner Gegennothdurfft übrig verbleiben / welche fatalia hinfüro ſo leicht / auch nicht anders als erheblicher Urſachen in ereignenden Nothfällen / zumahl in denſelben nur etwan auf 2. oder 3. Monat prorogiret werden ſollen. Hinc à nonnullis duplex fatale conſtituitur, nempe inſinuandæ, & ejusdem introducendæ, utrumque tamen ſub iſtis ſex menſibus comprehenditur. *Jac. Blum. ad Proc. Camer. tit. 49. ſ. 20.*

LXXIIX. In forô etiam Saxon. tempus introducendæ appellationis quondam fuit arbitrarium, ſed hodie certa determinatione nititur, ſpaciô nimirum unius menſis, à die, quô Apoſtoli ſunt dati, computandô *per Ord. Appellat. Sax. Tit.* von *Appellation*-Sachen / wie die angenommen *poſt princ. verſ.* auch darinnen dem Appellanten eine Monats-Friſt 2c. Apoſtolis namq; petitis, & impetratis Judex, à quo appellatur, Appellanti hoc ſpacium ſtatuere debet, intra quod cum Apoſtolis ſe præſentet Judici ad quem, & appellationem coram eodem introducat, ac inhibitionem ad Judicem impetret. *Matth. Col. de Proceß. Exec. part. 3. c. 8. n. 51. verſ. & apoſt. ita impetratos.* Et hoc tempore neglecto, appellatio itidem pro deſerta habetur. *Myns. Cent. 3. obſ. 54. Meier in Colleg. Argent. d. t. quand. appell. th. 10. Berl. Concl. 50. n. 135. Dn. Carpz. in Proceß. Tit. 18. art. 4. n. 15.*

LXXIX. Reſtat poſtremum adhuc fatale, appellationis, ſcil. proſequendæ, ſeu juſtificandæ, id eſt, debet appellans probare ſe gravatum eſſe, *l. ult. ſ. ult. ff. de tempor. appell.* Terminus ille jure communi eſt annus, intra quem appellatio juſtificanda, & ad finem perducenda *l. fin. §. fin. C. d. t.* Nam ſicut primæ inſtantiæ triennium, intra quod finienda, præſtitutum eſt, *l. properandum 13. ſ. 1. C. de Judiciis* ita appellatio debet expediri intra annum,

quod

quod fieri facile poteſt, cum cauſa in prima inſtantia aliquatenus jam excuſſa. *Petr. Gregor. lib. 6. c. 10. n. 1. Scacc. de Appellat. quæſt. 15. art. 2. n. 2.* niſi probet ſummâ ope ſe niſum, ſed per Judicem ſtetiſſe, vel inexorabili neceſſitate ſe impeditum, ubi proteſtationem aliquoties repetendam eſſe, neceſſarium vult *Gail. l. 1. obſ. 131.* licet alii diſtingant inter impedimentum contingens in perſona Judicis, vel ipſius appellantis, aut ſi aliunde impediatur, quô poſtremo caſu proteſtatio non requiri dicitur, de quo plenius *Scacc. d. loc. cit. qv. 15.* & tunc dari alterum annum, ſi verò mortuus appellans, dantur hæredibus 4. menſes. *l. ult. C. ſi pend. appell. mors.*

LXXX. Hoc fatale proſequendæ appellationis in Camera Imper. non currit, ſed ſolummodò tempora interponendæ & introducendæ diligenter attenduntur, quæ ſi ritè fuerunt obſervata, appellationis in Camera receptæ proſecutio valet, etiamſi biennium, vel ulterius tempus fuerit elapſum. *Gail.* 1. *obſ. 141. n. 7. & lib. de Pac. Publ. c. 9. n. 14. &* 15. Idque, *ut itidem Gail. putat*, ob multitudinem cauſarum, & quod in Conſiſtorio Principis, quale eſt Camera Imperialis, fatalia non currant. *l. fin. §. 3. C. de temp. appellat.* Aſt aliis neutra ratio illius non peremtionis vera cauſa videtur, ſed potius hanc eſſe opinantur, quia de Jure Canonico, quod, quoties Jus Civile & Canonicum inter ſe diſcrepant, quoad Proceſs. Judiciarium in Germania obſervatur, nulla inſtantia lapſu unius anni, biennii, ſive triennii pereat, ſed perpetuò duret, *Mynſ. l. 2. Obſ. 48.*

LXXXI. Si tamen tempora proſequendæ appellationis, ſcil. annus vel biennium, coram Judicibus inferioribus non ſunt ſervata, appellatio in Camera, tanquam deſerta non recipitur, *per text. in Auth. ei qui. C. de temp. appell.* Sed ad Judicem à quo pro executione remittitur, quia in Camera judicatur ſecundum jus commune etiam quoad ſolennitates coram Judicibus inferioribus non ſervatas. Quoniam verò iis in locis, ubi jus commune, civile ſcil. adhuc ſervatur, raro intra annum aut biennium, cauſæ appellationum, propter impedimenta Judicum finiri poſſunt, ideò communis Practica obſervat, ut Procuratores coram Judicibus non ſemel, ſed pluries de ſua diligentia, & fatalibus non lapſis, ſeu labendis, proteſtentur, docente *Gail. l.* 1. *obſ. 141. n. 8.* Idem docet *Mynſ. l. 6. obſ. 12. n. 6. 7.* Cui doctrinæ quamvis non facilè fidem denegandam eſſe dicat *Blum. in Proc. Cam. tit. 25. ſ. 81.* Tamen vix à ſe impetrare poſſe itidem dicit, ut credat dari hodiè ullum judicium in quô ratio fatalium, appellationis proſequendæ, habeatur.

LXXXII. Certè hæc res in forô Saxon. minus dubii habet, ubi de forma appellationis omninò etiam requiritur, ut intra legitimum fatale juſtificari debeat, quòd adhuc non ſemper eſt unius anni, vel juſtis ex cauſis biennii, cum id tantum locum habeat, ſi ab inferiori judice ad præfecturam vel judicium curiale appellatur. *Zobel. part. 1. differ. 41. n. 6. in fin. Reinhard. part. 4. differ. 46. Matth. Coler. part. 1. dec. 140. n. 3. ſeqv. Georg. Rotſchütz. part. 1. c. 40.* Verum quando ad ſupremum appellationum judicium quod Dresdæ ſingulis ſemeſtribus habetur provocatum, tùm appellatio ſtatim in proximè ſequenti Termino debet juſtificari, *per Ordin. Appellat. Elect. Sax. tit.* von appellationen/ wie die angenommen werden. §. wann nun alſo die *Appellation. Dan. Moll. l. 4. ſemeſtr. 32. n. 2. 3.*

LXXXIII. Modò à tempore introductæ appellationis ad proximè ſequentem terminum ſpacium Saxonicum adhuc reſtet, ut citatio legitimô modô potuerit impetrari. Aliàs ſi tantum temporis non ſuperſit, appellatio in altero proximè ſequenti termino debet juſtificari. *d. t. Ordin.* §. Darumb wann der *Appellat &c.* Quod ſi itaque proximè ſequenti terminô non fuerit factum, appellatio pro deſerta habetur, & ſententia à qua, tranſit in rem judicatam *Avth. ei qui & l. ult. §. illud C. de temp. appell. ubi DD. c. oblatæ 57. §. licet igitur. cap. cum ſit 5. ✠. de appell. Gail. l. 1. obſ. 141. in fine.*

LXXXIV. Quemadmodum autem appellatio, de qua nunc diximus, contra ſententiam, quâ quis ſe gravatum exiſtimat, definitis temporibus interponitur, ita contra rem judicatam ipſam etiàm dantur quædam remedia, quorum in numero non minimum, querela nullitatis, ſi judex nulliter proceſſerit, quæ non ſaltem agendo, ſed & excipiendo opponi atque tractari poteſt. Oritur nempè vel ex vitio perſonarum in judicio verſantium, vel proceſſus, vel ſubſtantialium ipſius ſententiæ. Nam omnis actio in quâ forma non eſt obſervata, habetur pro nulla, atque perinde eſt, ac ſi planè non eſſet facta. Quandoquidem formâ deficiente deficit res ipſa. *Vid. Zang. de Except. part. 3. c. 26. Pract. Pap. in forma ſentent. Def. n. 12. Carpz. Reſp. elect. l. 1. tit. 8. Reſp. 72.*

LXXXV. Nos tantummodò, prout inſtitutum noſtrum eſt, temporis ſpacium in quolibet adducto negotio maximè notamus, quod & in hac propoſita querelâ nullitatis non aliter ſervamus, & diſquirimus præprimis, quantô & quô tempore competat? Et

conſtat

conſtat juxta communem ac in Camera receptam opinionem, quod ipſa hæc nullitas usque ad 30. annos deduci poſſit. *Bald. in l. datâ operâ 11. n. 59. C. qui accuſ. non poſſunt. Scacc. de Appellat. part. 2. qv. 19. Andr. Gail. l. 1. obſ. 127. n. 8.* Conſtrictior vero eſt hic terminus nullitatis intentandæ jure Saxonicô, ſiquidem intra ſpacium 6. ſeptimanarum & 3. dierum, à die publicatæ ſententiæ computandum, nullitas allegari ac in proximè ſequenti terminô in Judiciis Curialibus, & ſupremô Appellationum Judiciô, quoniam ibidem quotannis certi tantùm habentur termini, in aliis verò inferioribus Judiciis, intra duplicatum *term. Saxon.* ad deducendam ac probandam eam citatio impetrari debet. *per. text. in Ord. Proceſſ. Jud. tit. 38. poſt pr. verb.* daß er ſolches inner-halb 6. Wochen und 3. Tagen ꝛc. *Carpz. in Proc. Art. 3. Tit. 19.*

LXXXVI. Quæ anguſta termini conſtitutio propterea facta videtur, quia per actionem nullitatis lites non parum protelantur, quas tamen abbreviari publicitus intereſt *l. 2. C. de re Jud. l. ſerv. 65. §. cum Prætor. 2. ff. ad SCtum Trebell.* Ex quo ſatis perſpicuum, ſi terminus ille fuerit præterlapſus, de nullitate læſum ulterius conqueri non poſſe. Quando ſiquidem ſtatutum prohibet, nullitatem opponi poſt certum tempus, tunc lapſo termino, cenſetur etiam nullitatem illam, quæ quoque manifeſta, & ex Actis evidenter apparet, penitùs excludere. *Paul. de Caſtro. Vol. 1. Conſ. 16. n. 11. Scacc. de appellat. part. 2. quæſt. 19.*

LXXXVII. Sed obtinet iſte terminus anguſtior, quoad ſententias in judicio latas. Nam in aliis actibus judicialibus, in quibus ſi nullitas fuerit commiſſa, etiam poſt terminum Sax. intra 30. annos, annum & diem, de nullitate experiri fas erit, cùm sereniſſimus legislator ipſemet ſanctionem ſuam ad ſententias in judicio latas reſtrinxerit *d. t. 38.* Wann aber jemand ein geſprochen Urtheil. Cum itaque de ſententia tantummodò hæc prolata ſint, ſequitur, quod vigori juris communis alii actus judiciarii ſint relicti, non ſolùm quia verba juris ſtatutarii ſtrictiſſimè accipi debent. *Alexand. l. 7. conſ. 54. n. 9. Jac. Schultes. part. 1. Pract. 1. n. 4.* Sed &, quod conſtitutio ſtatutaria inprimis ita ſit declaranda, ut quàm minimùm à jure communi recedat. Nec ratio diverſitatis inter ſententiam, aliosque judicis actus obſcura eſt; Ex quô enim ſententia, prævia cauſæ cognitione ac deductione pleniſſima a JCtorum Collegio lata probatur nullitas non facilè

 præſu-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0043-6

præſumenda erit, quæ tamen præſumtio in ſolius Judicis decreto aliisque actibus ab eô ſuſceptis ceſſat. *Dn. Carpz. in Pr. tit. 19. Art. 3.*

LXXXVIII. Datur quoque adverſus proceſſum plenè peractum beneficium Reviſionis & ſupplicationis, quod tamen jure ſæpius allegato Saxonico non obtinet per expreſſum textum *in Ordin. Proc. Judic. tit. 37. Moller. l. 1. Semeſtr. c. 38. Berl. p. 1. concl. 60. n. 22. Carpzov. part. 1. conſt. 20. def. 16. n. 7. 8.* At in Camera Imperiali ſatis receptum ac fundatum per. *O. C. part. 3. tit. 53. R. I. anno 1557. §. 23.* wiewohl ferner / R. *Deputat.* A. *anno 1600. Pacif. Oſnabrug. & Monaſt. anno 1648. art. 5. §. quoad. 54.* R. A. *de anno 1654. §. 124.* nach Berathſchlagung.

LXXXIX. Quanquam enim judicii cameralis conſtitutores nimirum Maximil. I. & Status Imperii, tantam confidentiam atque ſpem, de illorum quos iſti judicio præfecturi eſſent, ſingulari pietate, exploratâ juſtitiâ, integritate vitæ, magna juris peritia, multarum rerum experientia, in cauſis referendis idoneitate, ac denique prudenti in judicando dexteritate habuerint, hancque ob cauſam pro ſapientia & luce dignitatis ſuæ non aliter eſſe judicaturos, quàm ipſi fuerint judicaturi, ut loquitur *Chariſius in l. un. §. fin. de offic. præf. prætor.* Et deinde cum aliàs publicè intereſſe videatur, finem litibus imponi, maximè hoc fieri debere per ſupremum Imperii tribunal exiſtimaverint, atque ideò, ut ſententias ab illis probatas omninò firmas ac ratas manere, iisque acquieſcendum eſſe voluerint *O. C. 1495. verſ.* und was. Denegata omni appellatione. *R. 1530. §* dieweil nun. 77.

XC. Attamen cum poſteà partes, in camerali judicio ſuccumbentes de ſententiarum ibi latarum nullitate ac iniquitate non ſolùm coram camera, ejusque Viſitatoribus, ſed etiam in Comitiis penes Status Imperii conquererentur *arg. R. 1532. art. 3. §. 17.* Judex & Aſſeſſores Cameræ putantes, cum divinum potius ſit quàm humanum, omnibus horis æquè ſapere, juſtum ab injuſto diſcernere, nec unquam ad dextram vel ſiniſtram declinare, ideò ſe propter humanam imbecillitatem, à verò ſcopo poſſe aberrare, ex tàm variis & diverſis Doctorum opinionibus non ſemper veriorem vel æquiorem arripere; ſuæ exiſtimationis conceptum pondus ne ulli detrimento eſſet, illorum querelis præferre maluerunt, admonentes in ſuis dubiis, per Viſitatores, Imperato-

peratorem, & Status Imperii, ut de remedio jam dictis querelis inveniendo deliberarent.

XCI. Hinc, & quò Judex atque Aſſeſſores metu futuræ reviſionis, in cauſis decidendis majorem adhiberent diligentiam, neque ullus per ſententias Camerales injuria aliqua afficeretur, Imperator & Status Imperii conceptam iſtam confidentiam quodammodò limitantes, partibus à Camera ſe iniq; gravatas exiſtimantibus judicem & Aſſeſſores, ſecundum Jura Cæſarea Syndicatus peragere conceſſerunt art. 3. §. und damit. 16. cùm verò hoc remedium ſit valde periculoſum, ei aliud, mitius ſcil. Reviſio eſt addita. *Anno 1548. & 1555. O.C.p.3.t.53.* quæ eſt provocatio, quâ Reviſores ad ſententiam in camera latam in melius formandam & corrigendam implorantur. Interponenda eſt apud Elect. Moguntinum, tanquam Archi-Cancellarium Imperii, loco Cæſareæ Majeſtatis. Sin verò Moguntinus in ſuis vel ſui Archi-Epiſcopatus cauſis Reviſionem petere velit, aut pars adverſa eundem petat, Archi-Epiſcopus Trevirenſis vices Moguntini gerit. *d.t.pen.*§. *1.*

XCII. Tempus interponendæ, quod nobis iterum præcipuæ curæ eſt, olim erat hoc, quod peti debeat tres menſes ante 1. Maji: Si verò tempore latæ ſententiæ, uſque ad 1. Maji tres menſes non ſupererant, tunc illa denunciatio circiter tres menſes, ante 1. Maj. ſequenti anno fiebat. *tit. pen.* §. 2. Aſt hodiè Reviſio ſub pœna deſertionis intra 4. menſes à die latæ ſententiæ proximos non ſolùm Moguntino, vel ſi hujus interſit Trevirenſi, denuntiari, ſed denunciata etiam in Camera reproduci debet. *R.* 1654. §. in Fällen 124.

XCIII. Hinc Camera circa formalia Reviſionis cognoſcere ſolet, & pronuntiat; cujusmodi formulas tradit *Blum. in Chil. ſententiarum Camer.* plurimas, & inter alias hanc ſequentem, quæ lata *d. 22. ſept.* 1654. In ſachen E. Weyland Dr. U. hinterlaſſener Wittib / jetzo deren Erben in Actis benandt / Klägern / wider Bürgermeiſter und Raht der Stadt H. beklagte / Mandati de ſolvendo vel dimittendo Hypothecam S. C. 8000. fl. Capital betreffend / nunc arctioris. Iſt die durch Notarium E. 30. Octobr. jüngſt abermahl vorbrachte Reviſion, als wider rechtlich / und ohne daß wegen mangelhafften Gewalts hiermit verworffen / &c. Quæ ſententia ſimul innuit, quod Procurator denunciatam Reviſionem producens, præter quoque procuratorium ſuper hoc actu conceptum, etiam ſpeciale man-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0045-7

le mandatum, tam à principali, quam Advocato cauſæ ſubſcriptum exhibere atque ſe ad præſtationem juramenti reviſorii, tam in animam Principalis, quam Advocati admitti intra memoratos 4. menſes, ſub præjudicio deſertionis petere debet, quod patet *ex alleg. R.J. 1654. §. 125.*

XCIV. Deinde intra eosdem 4. menſes, Reviſionem petens, ſua gravamina Reviſoria, ſi quæ producere velit, ſummariter, breviter, ac diſtinctè concepta exhibere, vel ſi in eo legitimè impeditus, mediante impedimenti probatione, ulteriorem Term. à Judice Cameræ petere tenetur. *d. §. 125.* Idque ſub præjudiciô præcluſionis viæ, illa gravamina poſthac opponendi, non verò deſertæ Reviſionis. Sicut enim in cauſis appellationum in poteſtate Appellantium eſt, utrum gravamina appellationis exhibere, an ad Acta priora ſubmittere velint: ita quoque Reviſionem petens, pro ſua voluntate gravamina reviſoria producere, vel hiſce omiſſis, ſolam Reviſionem Actorum petere poteſt. Novi verò aliquid in iſtis Gravaminibus deducere minime licet, quia alias non eſſet reviſio, ſed potius additio & novatio Actorum, ſuper quâ judices non eſſent auditi.

XCV. Solent & illa gravamina clauſa exhiberi, nè Collegio Camerali & parti, antequam Judicium Reviſorium inſtituatur, innoteſcant. Inſtitutô autem Judicio, Reviſores illa aperiunt, & parti adverſæ communicant. Sed Moguntinus Reviſionem ipſi denuntiatam, tres menſes ante Calendas Maji, Cæſareæ Majeſtati, ac Statibus Imperii ad annuam viſitationem deputatis ſignificat, cum requiſitione, ut ſuos præſtantes ac doctos Conſiliarios ad hanc Reviſionem mittant. *Vid. Bender. de Rev. Concl. 3.*

XCVI. Quod ſi partes à denuntiata Reviſione deſiſtere volentes, ſex ſeptimanas ante inſtituendam Reviſionem, ei in Cancellaria Moguntiaca, ut convocatis Reviſoribus, ut & Collegio Camerali deſiſtentia manifeſtetur renuntient atque ſimul ſumtus in denunciationem, atque aliàs factas, ſtatim refundant, illis absq; pœnâ, quæ in caſu, quo ſententia juſta reperitur, ſtatuta eſt, & pro conditione perſonarum ac qualitate cauſarum à Reviſoribus moderanda, à Reviſione deſiſtere licet. *d. t. pen. §. 8.*

XCVII. Sin autem renunciatio ante iſtas 6. hebdomadas non fiat, & Reviſio calumnioſe petita judicetur, petentes condignâ pœnâ plectuntur cum refuſione expenſarum propterea factarum.

rum. Ita anno 1650. ob nimis ſeram renuntiationem duarum Reviſionum, uterque renuntians pœna 400. florenorum à quolibet ſolvendorum à Reviſoribus mulctatus, ac hujus pœnæ exactio Fiſcali demandata eſt, referente *Blum. in Proc. Cam. tit.* 79.

XCIIX. Ultimò ſi quædam pars exiſtimaverit, vel ex Reviſione pateat, ex dolo, fraude, corruptione, affectu, ſimilibusve cauſis, nullam, vel iniquam latam eſſe ſententiam, illi parti præter beneficium Reviſionis, etiam remedio ſyndicatus, contra Aſſeſſores, ſecundùm jura experiri licet, de quo plura non dicimus, quam quod in petendo ac inſtituendo ſyndicatu, eadem, quæ de Reviſione tradita ſunt, ſerventur, *d. t. pen. §. ult.* addi poteſt, cui lubet, Paris de Puteo, in tractatu de Syndicatu.

XCIX. Supplicationis autem remedium quod attinet, illud locô Reviſionis, in Judicio Aulico, beym Käyſerl. Reichs-Hof-Rath/ admittitur, ut conſtat *ex Pacif. Oſnabr. de anno* 1648. *art.* 5. §. 10. Reichs-Hofraths-Ordnung *de anno* 1654. *tit.* 5. *§.* deſſen ſich nun/ꝛc. Inventum fuit contra ſententiam definitivam, & quidem ubi appellatio, vel remedium aliud ordinarium non ſupereſt. *l. ſi quis* 5. *cum Aut. C. de precib. Imper. offer. Novel.* 119. *c.* 5. *Deput.* A. *de an.* 1600. *§.* 16. *Rosb. in Proc. Civ. tit.* 20. *Berl. p.* 1. *Concl.* 50. Cùm autem hæc ſupplicatio nihil comprehendat, quod principaliter ad noſtrum inſtitutum ſpectet, obiter tantum ejus mentionem fecimus, & ſtatim rurſus præterimus.

C. Conſtitueramus nunc poſt has inſtantias Proceſſus, ipſam etiam rei judicatæ Executionem percurrere, & ſpacium noſtrum menſtruum in Proceſſu Executivô adhuc quoque demonſtrare; ſiquidem illud ibidem maximè frequens eſt, & in Actibus Executionum, Immiſſionum, Subhaſtationum, præprimis in Camera propter Madatorum plurimorum genera, ut ſunt Monitoria, Inhibitoria, Compulſorialia, Executorialia, Immiſſoria, Simplicia, Arctiora, atque alia, communiter fere obſervatur, imò pro formâ ipſa obſervari debet. Meditationes etiam hujus rei jam erant conceptæ, modò tempore videbamur deſtitui.

Nunc enim iterum nos ſubibat recordatiô eorum, quæ in principio monuimus ac præmiſimus, quod omnia ſuis terminis debeant conſtitui ac perfici; ſiquidem ille ipſe terminus, qui nobis non modò ad hoc præſens, verum etiam ad totum noſtrum ſuſceptum negotium atque Inſtitutum animô erat conſtitutus, dudum

præteriit, imò una atque altera protractio ejusdem partim effluxit, partim adhuc elabetur, ut illud ipſum ſpacium de quo egimus, & quod negotiis noſtris, quæ quidem levia putanda, abſtulimus, atque huic rei perficiendæ ſatis congruum atque ſufficiens futurum eſſe, arbitrati ſumus, alteta etiam vice, præter omnem ſpem jam propè decurrere ceperit. Nec dabitur nobis tertia dilatio, etiam cum cauſæ cognitione, quam requiri in Diſſertatione diximus; non æquè quidem à Judice quodam, quem fortaſſis ipſa jura, & hoc inſtitutum noſtrum, tanquam cauſa ſatis prægnans ad hanc tenerent, atque è contra Amici & Clientuli, qui tùm hactenus, tum adhuc urgentius literis aures vellicant, & reditum ad commiſſa negotia, aliaque propria efflagitant. Quibus ſubinde aliquid dandum, nec diutius, quàm hæc omnia admittunt, commorandum. His verò cancellis ita circumſcripti, non potuit exiguus hic labor noſter ita perfici, quin multa deſiderentur, quâ ratione veniam nobis datum iri undique confidimus, imò de eadem obnixè rogamus. Hæc cum ita volvimus atque tempus & ſpacia hujus ævi atque ſeculi revolvimus, volvitur ipſe præſens annus ad poſtrema ſuorum menſium ſpacia, quorum itaque fini vergentem decurſum proximum, atque futuri anni omnium menſium initium, ſucceſſum, atque iterum finem feliciſſimum, cum optimæ pacis, quam paſſim, jam quidem venditant, vera reſtauratione, & omnium bonorum acceſſione, clementiſſimè largiri velit ille, penes quem non eſt mutatio temporis, qui expers principii, &

# F I N I S.

I.

NOn annis anni, non menſes menſibus usque
Conveniunt: Horas tempus & omen habet.
Aſt ſervare ſuis menſes & ſidera rebus
Jus, monſtras: Omen tempora læta dabit.

*Schediaſmate hoc officium ſuum, quod Nobil. Dn. ALTWINO, Advocato dexterrimo, nunc ſupremorum in Jure honorum Candidato meritiſſimo, ob ſingularem Ipſius candorem debet, inter notiſſimas occupationes teſtari voluit*

Henricus Linck/ D.
h. t. Univerſ. Altdorff.
RECTOR.

II.

*JUris erat quondam, Numeris à menſe Novembri*
*Amplius haud vinum ſolvere, ut antè, vetus.*

*Noſter at ALTVVEINUS quoq; dat de menſe De-*
*Vina antiqua ſuis optima militibus. (cembri*
*Monſtrat id ad ſenſus hæc Diſſertatio, priſcis*
*Conſulibus promens condita vina mera.*
*Ebria multa meri proſtant heic pocula: fundat*
*Semper & in vita vina vetuſta, precor.*

Conſultiſſimo Domino Candidato ex animo
gratulaturus deprop:

Georg. Reichardus Hañer/D.

III.

O*Ctober Menſis*, qui fert dulciſſima *Vina*,
In Diſputatione non offenditur.
Nomina num geſtantem à *Vinis*, Omine fauſto,
*Menſem* decebat *Nominis* transmittere?
Nempe recens natum placet haut adponere *Vi-*
*num*;
Nam ſtringit Eruditio imberbis nimis.
Ut ſapiunt hilarantq; animos *Veterana Falerna*,
Redduntque luminoſiores Spiritus:
Sic Tua matura & Juvenum vacuata calore
Notitia defæcata animo & arte retulit.

*Alluſorio hôc verſu Nobiliſſimi & Conſultiſſimi Domini Doctorandi, Commenſalis hactenus amiciſſimi, eruditionem legalem longo Fori uſu actuq; rerum benè ſubactam, deprædicare, ſimulque de novis Honoribus, cum voto omnigenæ ſalutis, Eidem gratulari vol:*

Felix Spiz/D.

IV. Non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0050-5

## IV.

*NOn adeò multos ſoles numeravimus, ex quo*
*Pulſaſti cytharam,* Suavis Amice, *Tuam;*
*Ac noſtri cauſâ cecinîſti carmen amœnum,*
*Ad quod vel Phœbi tunc ſiluére fides,*
*Falleris, hoc ipſum ſi expectas rurſus; in uvis*
*Maturis nectar tantùm habitare ſolet:*
*Aſt ego cum cogar contentus vivere vappâ,*
*Inde fluit ſterili vena coacta pede.*
*Ingenium longâ preſſum rubigine (Muſæ*
*Nolite iraſci) torpet, & arte caret.*
*Si tamen imbelles elegi quid poſſunt (hæreo verò)*
*Exiguos, ſi aderit noſtra camœna, canam.*
*Vidit ut in cathedrâ legum Themis inclyta noſtrum*
*ALTWEINUM, docto promere jura labro,*
*Hic meus eſt, ait, huc omnes advertite mentem,*
*Hunc certè comitem convenit eſſe meum.*
*Enixum ingenii vitalem cernite fœtum,*
*Quamvis ſit menſis vix gemini, hocve minor.*
*Qualis erit plusquàm ſemeſtris, vel decimeſtris,*
*Olim nacturus Nomina chara Patris?*
*Scilicet ipſe tenes generoſa ac vina falerna,*
*Nec forſan pinguis Cochlea ſemper abeſt.*
*Dignus propterea capias quo lauta brabea,*
*Atq; Tuum cingat purpura noſtra caput.*
*Euge bonum factum! felices gratulor auſus,*
*His plaudo cœptis, ingenioque Tuo.*
*Hoc tantùm doleo, quod rurſus mittere noſtras*
*Intendas muſas, ac revocare gradum:*
*Aſt ſcio, ni fallor, cauſæ quid ſubſit, ut oras*
*Atque lares proprios ocyus inde petas;*
*Eſt tibi namq; domi magnes, qui Te trahit, atque*
*Ignis Te Sponſæ qui allicit uſque tuæ.*

*Amplius ergo etiam noli pia vota morari,*
*Caſtis ſed tædis annuat ipſe Deus.*
*Quod ſupereſt, facio: Teque ô* Convictor Amice,
*Apprecor, & jubeo ritè valere, vale.*

Nobiliſſimo DN. DOCTORANDO, Jurium Practico feliciſſimo, Commenſali, Fautori ac Amico plurimùm honorando, Licentiam ad ſupremos honores capeſſendos merito acquiſitam gratulatur. Cunctaq; felicitatis invidendæ bona ὁλοψύφως adprecatur

## SPITZIANORUM COMMENSALIUM COETUS.

---

V.

VEtera VINA CORONANT.
Hanc verborum Syntaxin
Totam eſſe tropicam ac figuratam,
Et docent in roſtris Rhetorici & ſtatuunt in ſubſelliis Grammatici,
Et aſſerunt in theatris Poëtæ, & comprobant in umbonibus JCti.
Itaque
Qui hoc negat, negat Solem,
Solis radio (Tertulliani utor phraſi) cum ſcriptum poſſit videri.
Nec unum Sybillæ foliũ aut Apollinis oraculum fuit unquam veriùs.
Et quidem
Latet ſub tropo figura, ſub figura dignitas, ſub dignitate ſplendor.
Eſt tropica.
Ponitur enim, ut cetera taceam, & pace Rhetorum dicam,
Per Antonomaſiam,
Commune pro Proprio.
Vetera vina coronant,
Pro
ALTWEINIUM coronant.
Atque hinc enaſcitur
Figura, ſeu ſyntaxis verborum figurata.

Scili-

Scilicet
ALTWEINIUS EST LICENTIATUS.
Hæc certè verborum compoſitio verè eſt figurata.
Quippe quæ
definiente Domino Seyboldo
Magiſtrorum bonarum artium ac partium Primipilo
A communi hactenus loquendi conſuetudine recedit:
Seu, ut in arcem cauſæ invadam, quia
Secundum Grammaticorum illum Anteſignanum,
Eſt forma loquendi & ſcribendi ARTE novata.
Neq; enim præcociter ad vota properavit,
Et crudis adhuc ſtudiis lauream DOCTORUM captavit,
Imò verò,
(Veronenſis, non Placentius ſum,)
DN. LICENTIATUS ALTWEINIUS
A proletariâ promovendi conſuetudine receſſit;
Et Titulum ſuum
Non inopiâ, ſed copiâ, non copiâ pecuniarum, ſed ſcientiarum & artium novavit.
Illi eſt
Memoria tenax, notitia hiſtoriæ felix, intelligentia ſequax,
Judicium defœcatum & pernix.
Illâ res copioſiſſimas recordatur,
Iſtâ more Cujacii ceu aureo hamo in jure res abſtruſiſſimas piſcatur,
Hâc quæſtiones difficillimas ſolvit,
Judicio leges perplexiſſimas conciliat
Et æquitatem, deficiente lege, ſuggerit.
Quæ etſi
Solæ ad ſummos in J. Utrôq; honores utramque faciant paginam;
ſolæ tamen non ſunt.
Accedit, quod & eſt
In providendis ſagaciſſimus:
In excogitandis acutiſſimus:
In aggrediendis fervidiſſimus:
In aggreſſis laborioſiſſimus;
In conficiendis celerrimus;
Ad reſpondendum cautiſſimus;

Ad

Ad explicandum facundiſſimus:
Ad conſulendum integerrimus:
Quo fit, quod
Nil præcipitanter, nil titubanter, nil oſcitanter, nilque fraudulenter facit.
Atque ſic denique tandem,
Qui ſub Dignitate latuit, eluceſcit gloriæ ſplendor,
Qui eó major eſt, quò ipſe dignior,
Eôque teſtatior eſt, quô copioſiori ejus janua Clientum quotidiè celebratur frequentia.
Quod equidem certè
Non ignoratur, niſi inter imperitos, & non deprimitur, niſi à malèvolis & incelebribus.
At manum de tabula!
Mavult,
Æſtimari, quam prædicari.
Tantùm
Dum TE VINA CORONANT, coronidis loco
Gratulabundus acclamo
Vetus illud:
FELICITER.

*Hôc prolixô & ſincerô affectu promeritis novis ac præclaris honoribus Nobiliſſimi Domini DOCTORANDI, J. Utriusque Practici, & Conſulentis Spectatiſſimi, Fautoris, & Amici Conſalini hactenus ſingulariter colendi, applaudere voluit*

Chriſtophorus Oettler/
SS. Theol. St.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0055-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0056-8

Altdorf, Diss., 1692–93
f
ULB Halle 3
004 572 483
Sb.
VD 17
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0057-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0058-9

# DISSERTATIONEM INAUGURALEM JURIDICAM,

De

# LEGALI MENSIUM TEMPORE,

ſeu

## SPACIO MENSTRUO,

Von

## Monats-Friſten/

more Majorum impetratâ Licentiâ,

*Ab*

ORDINE JCTORUM

MAGNIFICÔ,

*IN INCLYTA NORICORUM UNIVERSITATE,*

PRO

## GRADU DOCTORIS,

atq; ejusdem honoribus ac privilegiis

ritè conſequendis,

breviter delineatam publicæ diſquiſitioni exhibet

**Siegfried Altwein** / Borna - Miſnicus,

Jurium Practicus.

*ad diem 14. Decembr.*

A. O. R.

QVô annona, & MaVors, VarII protrVſIo & ærIs,

HeV DoLor! In terrIs InCVbVére ſatIs.

---

*ALTDORFFI*

Typis Jodoci Wilhelmi Kohles.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-531625-p0059-8